TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. J_MSS_0176

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi
https://www.techeudine.it/fondo-joppi
https://www.sbhu.it/

176

Tisia Pietro Andrea
Prete di Fagagna (1575)

Prima Neophitorum spiritualis practica.

Ex usibus
Vincentii Joppi
Utini

PRima Neophitorum spiritualis pratica
Ex sacris codicibus. sanctorumquie Patrum
authoritatibus undequaquie collectu per
Præsbyterum Petrum Andream Thisiá
Faganensem. In qua agitur de or-
dinibus, et unde principiú
sumpserint. de septem
insuper sacramē
tis ecclesiæ
cú eorú
ānexis.
Ad eorumdé neophitoz et ordinádoz examé ad-
modum utilis.

Nobili ac generoso viro Dño
Nicolao Monti Regali Præsbit. Petrus
Andreas Thisias Faganensis.
S. P. D.

QVoniam Nobilis, ac Generose vir à teneris (ut græci dicunt) unguiculis assuescere multum est, non ab re equidē sacro sancta Tridentina Synodus, sacrum illud ecclesiasticę panegyris Gymnasium in Metropolitanis, Cathedralibus ecclesijs haberi statuit. Vbi, qui Christi militię ascribi desiderarent, quam primum, quodammodo ab uberibus matrum ablactati fuerint, terrenis uoluptatibus abdicatis, quę militant aduersus animam: sub honestis præceptoribus tam diu sint, quod postquam sacrarum literarum lactis dulcedine imbuti fuerint, ad solidiora cibaria se præparent, discantque sarculis, et marris sacrę paginę glebas ita contundere, ut postmodū eo, quo a teneris refecti fuerint pabulo uirtutū morum, ac uitę honestatis odore, incensum, et hostias pacificas Deo opt. maximo, per gradus ascendendo, in odorem suauitatis thuris, et myrrhę offerre possint. Ad cuius quidem sacrę panegyris, et Neophitorum principia, licet satis admodū uia

13. nel 1575 circa aveva un Nicolo di Malbercole il titolo di Abate di S. Martino di Breguera

lata aperta sit per eruditissimos uiros illos. Quorum aliu'
Joannem ferrum. Alium uero Holtusium Rempensem.
Georgiumq; Duicellium dicimus. non ueritus sum. licet
inter eos, quibus dominus os, et lingua' dedit tanq; anser
Ad eph. iiii. inter olores obstrepam. cum unicuiq; nostrum data sit
gratia secundum mensuram donationis xpi, eorundem
doctissimorum uirorum, pariterq; et Hieronymi illius Du=
ranti. qui primus omnium, et super omnes in dicendo de
diuinis officiis, coelos ascendisse totumq; oceanu' percurris=
se uidetur, tanq; psittica auis, doctrinam imitatus. cu' nihil
eccl. i. c. dici, siue scribi possit, quod non sit prius dictu', uel factum,
per quasdam leuiores, et mitiores semitas ad eorundem Neo=
phitorum studia, et ordinandorum principia. me conferre. deq; sa=
cris ordinibus, septemq; sacramentis ecclesię, cum eorum ane=
xis principiisq; et unde originem duxerint, tanq; sarmeta
in uinea Domini colligens, scribere. unà cum iis quę agun=
tur in tremendo, et admirabili sacrificio spontaneę illius
oblationis, qua coelestis ille agnus se sponte inmaculatu'
Deo Patri in sacrificium et hostiam obtulit. quę omnia sic
undequaq; collecta, et alieno ęre parta. ad te cui equidem

plurimum debeo, Catholicum et Pium uirum tanq̃ summę meę erga te dilectionis pignora, pernoctationumq; mearũ, et ocij primitias mittere, et dono dare, decreui: quo habeas, intermissis aliquando, tanq̃ per interstitium, familiaribus curis, unde hauriás, quę ad latriam pertinent, et ad ea, quę sursum sunt, mentem elleuant. Quę ut pro tua benignitate, auspicato lętoq; animo accipias abs te q̃ possum diligentissime et peto, et quęso. Vale interim integerrime vir, et me ut soles Ama.

Ex prouinssino, et pastophorio nostro. pridie Cal. Aprilis.

Eccl. Secundo. cap.

Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, et Timore. et prepara animam tuam ad Tentationem.

Primum igitur nobis agendū est De ordinibus: et quot sint in ecclesia ordines iux̄ comunem Theologorum omnium Sententiam.

Quos equidem si proprie accipimus, in quantū scilicet sint sacramenta. septem esse dicemus.

Quattuor vz minores. Ostiarius. lector. vel ostiariatus. lectoratus. Exorcista, et Acolytus. vel Exorcizatus et acolytatus.

Tres uero sacri. Subdiaconus. Diaconus, et Præsbiter. vel subdiaconatus. Diaconatus, Præsbiteratus.

Qui tamen si largo numero sumantur. Minoribus addet' prima tonsura. siue psalmistatus. sacris uero Episcopat9

Quid interim ād̄aduertendum sit.

Sciendum tamen nobis est, quod prima tonsura in quantum scilicet sit sacramentū, et imprimat caracterem nō est ordo. quia nec sacramentū est, nec imprimit caracte= rem. et hoc ideo primam tonsurā iura inter ordines non posuere.

Si aūt loquatur de ordine non ut est sacramentū, sed largo

modo pro deputato ad diuinũ cultũ: sic secundũ eundẽ ordo est.

Psalmistatus secundus ab ostiario inter ordines ponitur. non quod sit specialis ordo: sed quia est officium ordini Vz. lectoratui annexum. s. in Decret Dis. xxi.ª Cleros. uigesima tertia Dis. Psalmistatus.

De Episcopatu.

Si de Episcopatu queratur utrum sit ordo. sciendũ nobis est quòd dupliciter ordo accipi potest.

Primum secundum quod est sacramentũ, et sic omnis ordo ordinatur ad sacramentum Eucharistię. Unde cum Episcopus non habeat quantum ad hoc maiorem potesta: tem sacerdote Episcopatus non est ordo.

Altero autem modo. quod est scilicet officium respectu quarũdarum actionum sacrarum. isto modo cum Episcopus potestatem habeat in actionibus hierarchicis (respectu corporis mystici) pre sacerdotibus omnibus. Episcopatus erit ordo.

Quare et ideo aliquando dr, quòd non possunt committi ea, quę sunt episcopalis ordinis nisi Episcopo. quo circa ordo

aliquando accipitur pro sacramento. Aliquando pro gradu dignitatis. De cons. eccl. Dis. p.ª Comuniter. tn̄ septem sunt ordines.

De ordine et quid sit ordo.

Ordo tamen nihil aliud est quam signaculū quoddam in quo spiritualis potestas traditur ordinato ad officiū. Unum est sacramentum: unius finis perfectio: quia scilicet omnes ad unum actum ordinantur. Hoc est Eucharistię consecrationis. Actus exterior dr̄ signaculum: Executio aut̄ illius potestatis dr̄ officium.

In ordine gratia confertur. gratum faciens non solum ad digne suscipiendum sacramentum. sed ēt ad digne ministrandum.

De ordinatione.

In ordinatione sacra. quę uerbis, et exterioribus signis perficitur. gratiam conferri nemo est qui dubitet. quinimo ordinem sacrum esse fatemur uere, ac proprie ex septem sacramentis ecclesię. et in ipsa sacra ordinatione grām conferri. Iux illud Pauli ad Timotheum,

eius secunda p° cap°, ubi dr: Admoneo te ut resuscites gratiam Dei, que est in te per impositionem manuum mearum. non: n: dedit nobis deus spm timoris, sed uirtutis et dilectionis: et sobrietatis.

De ordinis caractere.

In ordine sicut et in Baptismo: et confirmatione cara= cter imprimitur: qui nec auferri, nec deleri potest.

Caracter secundum Dionisium, est signu sanctum comu= nionis fidei et sancte ordinationis datum a Hierarcha.

In singulis aut ordinibus caracter modo ut infra impri= mitur, et Due sunt opiniones.

Quidam .n. dicunt, q Sacerdoti caracter imprimitur cu ei ab episcopo calix cum uino, et patena cu pane sub debita forma uerborum datur. Quia tunc ei confert potestas ad eius principalem actum. scilicet ad conse= crandum corpus, et sanguinem xpi:

Alij autem dicunt in ipsa manus impositione, que est organum organorum: et organum consecrationis, et mi= nistrationis sacramentorum.

Sciendum insuper est, quod episcopalis ordo psuponit cara=

cterem sacerdotalem. nullus .n. nisi sit sacerdos potest in episcopum ordinari. et hoc quia sacerdotalis ordo, est quasi substantiale fundamentū ordinis episcopalis.

Animaduertendum insuper est, quòd cum in sacramento ordinis caracter sit res sacramentoꝝ, necesse est quòd ad caracteris impressionem duo concurrant in quolibet sacramento. scilicet aliquod sensibile signū, vz sacramenti materia et uerba determinata, quę sunt forma sacramenti.

De Sacerdotio et unde sumpserit principium.

Sacerdotium in lege ueteri sumpsit principiū et exordiū. Præcepit .n. Dominus Moysi dicens. Applica tibi fratrē tuum Aaron cum filijs suis de medio filioꝝ israel, ut sacerdotio mihi fungantur. Exodi. xxviij.

Moyses ergo Aaron in sacerdotem unxit maiorem. filios aūt eius in minores.

Unde David ps̄ eius. 98. Moyses et Aaron in sacerdotibꝰ eius. primi scilicet et summi.

Moyses maior Aaron fuit in ordine, et administratione, et hinc est, quòd illum instruebat: et tanꝗ minorem illum redarguebat.

Quantum autem ad Sacerdotalem consecrationẽ pares fuerunt. De pen. Dis. iij. inter hoc.

Moyses non offerebat hostias, sed solum uota pro populo XXXVI Dis. si quis uult. lxxxviij. Dis. Decreuit.

Ante legem sacerdotes fuisse dicuntur. Vnde Melchisedech iustus sacerdos Dei altißimi legitur. cui Habraam ex omnibus spolijs decimas tanq̃ sacerdoti persoluit.

Permulti et Sacerdotes minores erant. quos Cananeos uocabant. Vnus tamen sacerdos summus quẽ Azabarcũ uocabant libro numeri.

Legitur insuper q̃ Dauid uiginti quattuor summos sacerdotes instituit. Sexdecim de Eleazar. octo autem de Ithamar. omnibus tamen unum p̃fecit. quem principem sacerdotum statuit. et singulis per sortem uicis suę hebdomadeis diuisit. Quarum octaua Abie euenit. de cuius origine et stirpe Zacharias pater Ioannis baptistę descendit. Paralipomenon I°. xxiiij cap°.

Christus insuper in tempore gratię maiores et minores sacerdotes instituit. Duodecim scilicet apostolos maiores, et septuagintaduos discipulos in minores. quos mittebat ante

faciem suam in omnem ciuitatem et locum, quo erat ipse uenturus. dig. p°. Dis. in nouo. luce. vi. x°. Mathei. x°. Marci tertio.

Sicut. n. Deus summos pontifices per Moysem populis regendis instituit: et adiecit minoris dignitatis ut eis aux° forent. in Eleazaro; et Ithamar filijs Aaron paterne plenitudinis abundantiam transfundens, ut ad hostias salutares, et frequentioris officij sacramenta, ministeriu sufficeret sacerdotum. et sicut per septuaginta uiros prudentes Moyses in heremo hebreorum multitudinem facile gubernauit. s. Num. xi. cap°.

Sic et xps Apostolis discipulos addidit, quibus illi totu orbem suis predicationibus repleuerunt. Iux illud David ubi dr. In omnem terram exiuit sonus eorum, et in fines orbis terre uerba eorum ps. xviij.

Apostolorum uices Episcopi qui summi dicunt obtinent, i. q. 7. accusatio. De cons. Dis. v. manus, et cap°. de his, discipulorum uero uices Sacerdotes.

Petrum autem super omnes constituit dicens. Simo petre priusq. de naui uocarem te. noui te, et super plebem mea principem te constitui. s. Mathei insuper. xvi. Tu es Petrus. 21°. dis. i nouo

Cui bene additur illud Dauidis ps. 44. ubi dr. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram.

Apostoli Episcopos, præsbiteros, et leuitas ordinarunt, pro ut secundum acta apostolorum clare liquet, xiiij cap. ad Titum aut p.º Episcopi sunt Vicarij Moysis, et Apostolorum, Sacerdotes successores septuaginta uirorum et discipulorum Domini.

De Præsbiteri nomine interpretatione.

Præsbyter est nomen græcum, latine Senior. dignitatis et honoris non ætatis nomen. Cani. n. debent esse sensus eius: senectus enim uenerabilis est. et hoc ideo dixit dñs Moysi. congrega mihi septuaginta uiros de senioribus israel quos tu nosti, quod senes sint populi magistri. s. num. xi. cap.º Libro insuper numeri legitur, mandatū fuisse Moysi, ut præsbyteros eligeret seniores. vz populi.

Gloria. n. senum Canicies. s. per quam hominū prudentiā accipimus, quę multo indiget tempore.

Præsbiter, quasi prebens iter.

Qui autem nunc præsbyteri uocantur, olim dicebantur Prin-

cipes populi ut ~~Chore~~ Chore. Dathan et Abiron. / vel et magistri Templi aut Gamaliel, et Nicodemus.

De Sacerdotis nomine interpretatione, et unde dicatur.

Sacerdos componitur ex duabus dictionibus, quarum altera est græca. Altera vero latina. Videlicet a Dyos, quod est datio. latina Sacer. et sicut rex a regendo, sic et Sacerdos a Sacrificando, et ideo dicitur Sacerdos. sacra dans, uel administrans.

In constitutionibus apostolorum libro secundo cap°. xxix°. Sacerdotes prophetæ, Principes, Duces, Reges, et mediatores dei, et fidelium ipsius, participes uerbi ac nuncij cognitores scripturarum, ac lubem Dei. Testesque eius uoluntatis dicuntur, qui omnium peccata portant: et de omnibus rationem reddere tenentur.

Ad finem autem eiusdem dicitur. Vos quoque estis sancta Dei, et sacra ecclesia descripta in cęlo. Regale Sacerdotium, gens sancta, Populus acquisitionis. Sponsa ornata dnō Deo: Ecclesia magna. ecclesia fidelis: De hoc largo est comprehendit numero et ordine Exodi xix cap°. Prima insuper petri secundo capitulo; et pluribus alijs in locis in diuinis scripturis.

Sacerdotes in diuinis eloquijs aliquando. Dij. Aliquando Angeli uocantur, et a Regibus sunt honorandi. non autem iudicandi. Dicente Constantino Imperatore: Dignum non est, ut nos Deos iudicemus. xi. q. p. Sacerdotibus.

Sacerdotes dicuntur prebentes iter ad coelestem patriam. §.

Sacerdos. Antistes. xxi. dis. Cleros

Sacerdos. Sacer. Dux, uel sacra dans.

Sacerdos dicitur iustitie cultor. iuxta illud. cuius merito quis nos sacerdotes apellat. ff. de iusti. et iu. lege p. §.

Sacerdotes in quampluribus locis. capellani uocantur. prout habetur de cappa beati Martini apud Reges francie siue prout et legitur, quod in expeditionibus in territorio domuncule fiebant. caprarum pellibus supertecte, in quibus misse celebrabantur et inde capelle et capellani.

Sacerdotes Christi uicem gerunt dum pro peccatis obsecrant et peccatores per poenitentiam reconciliant, Mediatores sunt enim inter Deum et homines.

Quomodo autem sacerdotes, et ecclesie ministri: ali debeant. largo comprehendit ordine in constitutionibus apostolorum. Vbi supra libro secundo cap. xxix. numeri xviii.

¶ Quod Sacerdotes triplici scientiam excellere debeant.

Et Primo sacrarum literarum scientia ad subditorum animas erudiendum in ijs, quę Dei sunt, et ad latriā Pertinet. C. XXXVI. dis. ecce. cap. si quis per totum. C.

Secundo seculari scientia, ut sciant scilicet cognoscere uerū a falso et uiam habeant ad Scientiam pietatis. C. Quę pro tertia scientia ponitur: ut scilicet in secularibus negotijs et huius sęculi rebus et facultatibus liberales, et misericordes sint, non aūt auari. quia subditis et indigentibus pro eorum uiribus etiam temporalia, et necessaria administrare tenentur. C. Iuxta illud Pauli actuū. Vbi dr. Argentū, et aurum; aut uestem nullius concupiui sicut ipsi scitis. qm ad ea, quę mihi opus erant: et his qui mecū sunt ministrauerunt manus istę. omnia ostendi uobis. qm sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse uerbi dñi Iesu. qm ipse dixit. Beatius est magis dare, q̄ accipere.

¶ Quid sit proprium sacerdotum

Eorum proprium est missam celebrare: consecrare, Baptizare, predicare, et simplicem benedictionem dare.

Presente tn

Præsente tamen Episcopo ei inuere tenentur. si benedicere uelit. Qui si nolit ipsi benedicant. et infirmis extremam unctionem conferant.

Super quibus tn̄ animaduertendū est, quòd quilibet sacerdos prædicare non potest, nec sacramenta ecclesiæ ministrare.

Quid interest inter Episcopos. Præsbyteros, Diaconos, cæterosq; in ecclesia ordines.

Episcopus Benedicit. non benedicitur. manus imponit. ordinat: offert. et ab Episcopis benedictionē accipit. à præsbyteris nequaq̄. quemuis clericum deponit. coepiscopum solus non potest.

Præsbyter benedicit, non benedicitur. Benedictionē ab Episcopo accipit, et compresbytero. eodem modo compresbytero dat. manus imponit. non ordinat. non deponit. inferiores excomunicat, si huius poene rei sint.

Diaconus non Benedicit. non dat benedictionem. accipit ab episcopo uel p̄sbytero. non Baptizat. non offert. offerente Episcopo uel præsbytero. Dat populo non uelitti

sacerdos. sed ueluti sacerdoti ministrans. ex aliis clericis Diaconi officium nemini facere licet.

Diaconus. Hypodiaconum excomunicat: lectorem. cantoré. si quid tale contingat. absente præsbythero. cæteris excomunicare non licet, quia Diaconorum ministri sunt.

Hæc ex constitutionibus apostolorum libro. 8°. cap°. 34°.

Ad quid aut clericorum unusquisque teneatur in ecca habet largo ordine in constitutionibus ut s. cap°. 61. libro. 2°.

De iis quæ in sacerdotis ordinatione aguntur.

Per illud quod cum Sacerdos ordinatur. episcopo eum benedicente, et manú super caput eius tenente. uná cum aliis compresbyteris ibi presentibus spm scm inuocantibus. sancti spiritus operationem accipimus. siue eius operum exercitationem. per caput mentem. per digitos sancti spiritus dona: per manus opera.

Sacerdotes insuper stolam super utrunque humerum accipiunt. ut per hoc iustitiæ armis se munitos ostendant, et intelligant.

Accipiant quoque de manu pontificis calicem cum uino, et patená cum hostia. quo scilicet cognoscant se potestatem accepisse

ad hostias placabiles, et corpus, et sanguinē xpi offeren.
Quò circa Episcopi uerba hæc sunt. Accipite potestatem sacrificium offerendi Deo. missamq celebrandi tam pro uiuis quàm defunctis in nomine domini.

Quando Episcopus sacerdotem osculatur. per hoc accipimus quòd illum ad equalitatem ordinis recipit. s. quantum scilicet ad sacramentū Eucharistiæ consecrandum. quod est sacramentum Amoris. et per osculum exprimitur.

Diaconi uero, et subdiaconi quia ad equalitatem ordinis non recipiuntur, sed ad bone operationis imitationem, que ex charitate procedit. manus pontificis osculantur.

Sacerdoti cum ordinatur. sub certis uerbis Stola. Casula. Calix cum patena porrigitur, et inungitur.

Quę res et uerba, sunt huius sacramenti substantia, cętera uero tam pcedentia, quàm sequentia sunt solemnitatis.

Christus Sacerdotis officio functus est. cum cena facta eius diuina potentia, eximijsq illis uerbis sub specie panis, et uini corpus, et sanguinem suum discipulis suis dedit dicens. Accipite. Mathei xxvi.

Excellentius aūt cum semetipsū. et sacerdos, et hostia in ara crucis

Deo patri obtulit usus est, quod et in coelesti patria. Dum pro nobis ad deum patrem interpellat. adimplet.

De Episcopo.

Episcopi nomen plus oneris quam honoris uim habet .s. et hinc est quod Paulus ad Thimotheum scribit dicens. qui episcopatu desiderat. bonum opus desiderat. non dixit honorem, sed opus, quia Episcopus non ut presit tantum, sed ut prosit eligitur.

Episcopus graece. latine super intendens. speculatoris officiu agens et ideo ecclesiae propositus speculator dicitur. iuxta illud Ezechielis iiij cap.o ubi dicitur. Filij hominis speculatorem dedi te domui israel.

Vnde et ideo episcopi cathedra pre cunctis alijs in ecclesia altior est. Tanquam scilicet ecclesiae custodis, et uineae. cui uinea a Domino uineae commissa est.

Cuius pontificali dignitati. spiritualem dignitatem anexam dicimus. iuxta illud Math. xxiij ubi dicitur: Super cathedram Moysi sederunt scribae, et pharisei. Amen dico uobis. quecunque dixerint uobis, seruate et facite,

Temporalis, et secularis potestas spirituali subiacet. iuxta illud Gelasij papae. et Innocentij tertij. in sua decretali epistola, et

per episcopi scabellum denotatur. unde et ideo dicit. psalmus. 109. Dixit dominus domino meo ꝛ Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuoꝝ.

Quod summus Pontifex tanquam uia, et pons in ecclesia habeatur.

Summus pontifex. qui et sacerdotum princeps dicitur. uel etiam Presul, eo quod in concilio presideat. Antistes est. quia preeminet populo. uel ab anti quod est contra. quia scilicet hereticis contradicere debet: et non secus ac pastor pro ouibus suis animam ponere: Quasi Pons, et uia in ecclesia domini habetur. Per ipsum. n. sacerdotes et leuite ordinantur, et tanquam summus sacerdos, et Pontifex Maximus. officia, et ecclesiasticos ordines, et dignitates distribuit, et in cunctis preordinator est.

A quibus Præsbyteri & episcopi principium sumpserunt.

Præsbyteri a filijs Aaron. Episcopi ab ipso Aaron. qui tunc sacerdotes, modo præsbyteri. qui tunc principes sacerdotum nunc episcopi. Christus episcopum se habuit. cum apostolis benedixit dicens. Accipite spiritum sanctum. quorum remiseritis peccata. ꝛ.

De Diaconatu et unde Diaconi siue leuitę sumpserint principiū.

Diaconus graece, Hebraice leuita. latine minister. assumptus, uel Domino seruiens.

Diaconorū siue leuitarū ordo. prout habet numeri lib°. p°. 3°. cap°. ex tribu leui filij Iacob sumpsit principium. unde et merito leuite uocantur. tanq̄ ad auxilium sacerdotiū assūpti. ueluti Eleazar, et Ithamar. iux̄ illud domini ad Moysem ubi dr̄. Applica tribū leui, et fac stare in conspectu Aaron sacerdotis et ministrent ei, et excubent, et obseruent quicqd̄ ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij: ut custodiant uasa tabernaculi seruientes in ministerio ei°. In ueteri testamento leuitę a quinquagesimo anno ad uasa custodiendum habebantur. a uigesimo quinto aūt anno sup̄ in tabernaculo seruiebant tanq̄ uiri fortes, etatisq; robustę ad Archam federis portandum. mensamq; ꝓpositionis, et uasa tabernaculi: Et hinc est quod Diaconi Cardinales mensam lateranensem proprijs humeris ad sacrarium deportant, et eam in Sabbato sancto super altari reponunt. sūmumq; Pontificem tanq̄ archam federis portant.

numer. iij

Pro eo autem quod in diebus ieiuniorum. Diaconibus. super sinistrum humerum stola superponitur: et casula complicatur, accipimus quod id totum laboris: quod in hac uita patimur, et sustinemus. tanquam in sinistra portamus. Donec á sinistra. ad dexteram transeamus, ubi erit pax et gloria.

Duplex est Diaconi actus. Euangelium scilicet legere et sacerdoti ministrare. quia sicut in Sacerdote consacratio, ita et in Diacono ministerij dispensatio. 21ª. dis. Cleros.

De Diacono et que curare debeat habetur in constitutionibus aplorum. 48 cap. lib. 2°.

Vbi dr. Atque omnia idem Diaconus ad episcopum referat, ut christus ad patrem refert: sed que potest, ipse per se gubernet, accepta ab episcopo potestate. ut dominus á Patre et creandi et prouidendi potestatem accepit. Grauiora Episcopus Judicet. uerum esto Diaconus episcopi auditus, oculus os, cor, anima, ne sit in multis solicitus Episcopus. sed tantum in precipuis. quemadmodum Jethor Moysem admonuit, et euis consilium probatum fuit.

Diaconus ubi supra cap°. 8°. Apud episcopum in figura christi habetur: Dicitur .n. Diaconus episcopo assistat. ut xpr

patri et ministret ei in omnibus sine reprehensione, quem=
admodum christus a se ipso nihil faciens. que grata sunt
patri omnino facit. f. Diaconus orare debet pro omni
ecclesia: proq universo mundo: pro suis partibus, ac mē=
bris, Pro pontifice. pro Rege ac comuni pace.

A quibus Diaconi in nouo testamēto sumpsere principium.

Diaconi in nouo testamento ab apostolis ipsis sumpserūt
principium Actuum. VI. cap. ubi dr̄. Elegerunt septē
uiros boni testimonij plenos spiritu sc̄o Diaconos.
Per septem angelos tuba canentes, septem candelebra, septē
tonitrua. Apoc. 8. septem diaconos accipimus. Diaconi
enim preconis more Balaam ad orandum, et genua flec=
tendum admonent. Baptizare nequaq̄ possunt: uel Do=
minicum corpus dispensare nisi in necessitate. episcopo
scilicet, uel p̄sbytero absentibus. Calicem benedicere non
possunt. In conuentu. et p̄sbiterorum cetu rogati p̄dicare pos=
sunt. aliter non. Diaconi tanq̄ episcopi oculi habentur.
In cons. lib. Apostolorum: 48. capitulo.
Cum Diaconus ordinatur ei stola: et euangeliorum codex tra=

ditur. sub quibusdam expressis uerbis. que res. et uerba sunt de huius ordinis substantia. cetera sunt solemnitatis. per stolam xpi iugum habemus per codicē euangelia legendi potestatem. qui est eius primus actus. secūdus autem eius actus et potestas, in quo, sīue qua principalis includitur, est sacramentoꝝ dispensatio.

Diaconi officio utitur qui corpus et sanguinē christi discrete dispensat: et sui exemplo alios ad orandum et uigilandum hortatur.

CHRistus diaconum se habuit. cum dixit non ueni ministrari, sed ministrare. Math: 20. Mar. x. luce 22. et post cenam discipulis suis corpus et sanguinē suū tradidit: eosq; ad orandum hortatus est. Dicens. orate, et uigilate ut non intretis in tentationem.

De subdiaconatu.

Subdiaconatus ordo inter sacros ordines habet secundū Innocentium tertium. Subdiaconi nathineoꝝ uices in ecclesia gerunt: pro ut habetur ubi legit. quod Rex Dauid ad Leuitarum ministeria nathineos dederat. graece Hipodiaconi dicunt. quia leuitaꝝ preceptis subiacent

Hebraice Nathinei: latine Domino seruientes, uel Deo oblati. Horum officium est in templo Domini Elemosinas, et oblationes suscipere. leuitis super altari superponendas tradere. Calicem et patenā deferre. leuitis trāder et eis ministrare.

Continentiam omnium imundorꝫ habere debēant. Iux illud ubi dr̄. mundamini qui fertis uasa dominī. / Subdiaconus, siue hypodiaconus fuit Nathanael ille. de quo Dominus dixit. Ecce uere israelita in quo dolus nō ē. Joan. pº. 3.

Subdiaconus per manus impositionem non ordinat. Calicem uacuum et patenam ab episcopo accipit. Cui Episcopus dicit. Vide cuius ministerium tibi traditur. Ab Archidiacono urceolum cum uino, et aqua accipit. manile et manutergium.

CHristus Subdiaconum se habuit. Joan. secundo capº. qn̄ aquam in uinum conuertit in cana galilee. et cum post cenam pedes discipulorꝫ lauauit.

De Acolytatu.

Acolyti grece. Ceroferarij, uel accendentes. latine. ab Aarō

et filijs eius ministerij exemplum sumpsere. Iux illud exo. 27. ubi dr. Precipe filijs Aaron. ut offerant oleu de arboribus olivarum purissimam, piloq contusu ut ardeat lucerna semper in Tabernaculo testimonij, et collocabunt eam Aaron, et filii eius, et usque mane luceat Domino. s. leui. 24. Quod autem tunc sacerdotes, modo acolyti agunt.

In libro Paral. David Iussit dicens. Non erit officiu leuitarum ultra ut portent tabernaculum: et omnia uasa eius ad ministrandum. s. Nadaab. et Abiu. erant luminu extintores, qui lucernas emungebant, et luminaria concinnabant.

De Acolytis habetur in concilio Toletano. 21ª. dis. Acolytus: qui cum ab Episcopo ordinatur. quomodo se habere debeant, docet. Ab Archidiacono candelabrum cum cereo accipit. ut sciat se mancipari ad cereos accendendum. et similiter urceolam uacuum. ad uinu, et aquam in ministerio eucharistie pparandu. s.

Hoc officium implemus. dum ignem uerbi celestis pdicado ministramus. Dominus de hoc officio meminit dicens.

Ego sum lux mundi. qui sequit(ur) me no(n) ambulat in tene=
bris, sed habebit lumen uite. Ioan: viij. cap.

De exorcizatu siue exorcistis.

Exorciste. qui adiurantes dicuntur. Inuocant. n. sup(er) cathecuminos, seu super eos qui habent sp(iritu)m i(m)mundu(m) nomen domini Iesu. Illud Marci. 17. cap. attendenter ubi d(icitu)r In nomine meo demonia eijcient. Mundus i(m)mundis imperat. et ideo exorciste sp(iritu)m h(abere) mundu(m) haber(e) debe(n)t. et sancte ac pie quicquid agunt in nomine Domini Iesu agere.

Legitur Regem Salomone(m) adinuenisse exorcismos, idest co(n)iurationes. quibus immundi sp(iritu)s per Eleazaru(m) exorcista(m) pellebantur. Et ideo de exorcistis legit(ur) Luce xi. cap. Si ego in Belzebu eijcio Demonia. Filij uestri, hoc est, exorcis=te in quo eiciunt.

Exorcista cum ab episcopo ordinatur. librum accipit. in quo exorcismi, siue adiurationes continentur. Dicente ep(iscop)o Accipe et memorie manda: et habeto potestatem manum imponendi super energumenu(m), siue baptizatu(m), siue cathe=cuminum.

Energumeni dicuntur, qui inmundum spm patiunt. uel et morbum caducum patientes . siue lunatici, quia scilicet defectum mentis in defectu lune maxime patiuntur.

Christus exorcistam se habuit, cum ab immundis spiritibus uexatos liberauit, et lunaticos sanauit.

Exorcisare: uel potius exorgizare: secundum Augustinu est per diuina inmundum spm adiurando expellere. Et ideo hor officium est exorcismos memorie mandare: et manus super cathecuminos, et energumenos imponere.

De lectoribus, siue lectoratu.

Lectores ordinantur, ut libros Dei distincte, et aperte ad intelligendum legant . sicuti in ueteri testamento Esdram fecisse legitur. Neemie . vii . cap.

Lector cum ordinatur de eo Episcopo testimoniu perhibete fideq et ingenio eius . pnte populo . tradit ei libru dicens. Accipe, et esto uerbi Dei relator . Habiturus si fideliter, et utiliter impleueris officium . partem cum iis . qui uerbum Dei ministrauerint.

Horum officium est panem et omnes fructus benedicere, prophetias legere . et cathecuminos prima fidei rudimeta

docere. Cathetizare dr. imbuere, docere, instruere, uel etiam benedicere. et uide Cathecismus.

Cathecuminus dr instructus, uel audiens. eo quod ante fores ecclesie doctrinam fidei audiat cum baptismum suscipere uult.

De ostiariatu siue ostiario.

Ostiarij idem sunt. quod et ianitores in ueteri testamento, q in quattuor partibus templi stabant, ne scilicet immundum aliquod ingrederetur: stabant autem ab oriente, occidente. Aquilone, et Austro. nec in puncto discedebant. de illis .n. leuitis cura erat: et illis eorum cibos parabant. Paralip. 9o cap.

Ostiarius ab archidiacono eruditus, in domo Dei conuersari debet: et ad Archidiaconi preces. Episcopus claues ecclesie ex altari tradit ei dicens. Sic age. sic uiue quasi redditurus Deo rationem pro ijs rebus, que his clauibus recluduntur.

Christus hoc impleuit cum dixit ps. 23. Attollite portas principes uestras, et elleuamini porte eternales, et introibit rex glorie.

His de ordinibus peractis materiam nostram prosequentes. hic de septem sacramentis ecclesie dicendum fore duximus.

Super quibus omnia in sacro sancta Oecumenica, et Tridē=
tina Synodo in spiritu sancto congregata, decreta, statuta
et deliberata tanq̄ a spū sancto edocta afflata, et illumina=
ta semper in animo habentes, colentes, et uenerantes. pro ut
et ipsa sacrosancta synodus fatetᵉ. Confitemur septē esse
sacramenta ecclesię. per quę omnis uera iustitia incipit:
et incepta augetᵉ, uel amissa reparatur.

Primum omnium Baptisma dicemus. et subinde confirma
tionem Eucharistiam; penitentiam: extremā unctionem:
ordinem, et matrimonium.

De Baptismo et annexis.

Baptismum igitur omnium aliorum sacramentorū excel=
lentissimū foreᵉ, et de necessitate salutis esse dicemus, et nihil
aliud esseᵉ quā ablutio siue tinctio in aqua uerbo uitę
sanctificata.

Vel et lauacrum regenerationis, et renouationis, siue si=
gnum sensibileᵉ ex institutioneᵉ diuina significans mortē
ueteris hominis, et renouationem noui. s. uel et Baptis=
mum per exteriorem corporis ablutionem cum inuocatio=
ne nominis sanctissimę trinitatis, ex diuina institutioneᵉ

significare interiorem ablutionem animę a peccatis. Veluti.
.n. aqua corpus mundat et lauat. ita et baptismus animā.
Vnde Augustinus Aqua corpus tangit et mentem lauat.

Baptismus græce, latine tinctio, uel lotio dicitur.

Baptismus per aquam confertur, ut scilicet inuisibilis res per illud uisibile elementum conferatur.

De substantia autem huius sacramenti tria esse dicemus. Vz Materia Elementi. Forma uerbi, et ministri intentio.

Materia est agua. ut s diximus. uerbo uitę sanctificata, et pura. non aūt mixta esse debet.

Forma autem. Ego te Baptizo in nomine patris. et filij, et spiritussancti.

Intentio aūt ministri. quod baptizare intendat secundum ritum et consuetudinem sanctę matris ecclesię.

Baptismus fieri debet cum chrismate nouo idest illius anni. preterq; in necessitate mortis: et illud idem intelligendū est de confirmatione.

Quantum autem ad ministrum baptismi secundū omnes theologos est solus sacerdos, et licet in necessitate quilibet baptizare possit siue uir: siue mulier. quamuis in Apostolorū constitutionibus aliter

nibus aliter habeat. libro tertio. cap. q. ubi dicit.

De mulieribus. an he Baptizare debeant. Significamus uobis, quod non paruum periculum imminet in eis, q hoc faciunt. ideo non consulimus. periculosum est enim. imo iniquum et impium.

Trina debet esse immersio. uel capitis aspersio. trinitatis fidem significans. uel triduum sepulture.

Quae fuerint in ueteri testamento in figura baptismi.

In ueteri testamento tria fuerunt in figura Baptismi. Cathaclysmus. quod est Diluuium. Mare Rubrum, et Jordanis in quo et Christus ipse, ut Joannis Baptismu sanctificaret, Baptizari uoluit.

Qn Seruator nr Baptismu instituit.

Baptismu Seruator nr instituit. cum ex eius latere sanguine et aquam effudit. quod et lege quodammodo edictali sanciuit cum scilicet dixit Joan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non poterit introire in regnu coelorum.

Saluator noster in sua passione Baptizatus est. iux illud

ubi dicitur. Baptismo habeo baptizari, quo coarctor donec perficiatur. luce. ix. cap°.

Baptismus datur in mortem xpi. Aqua pro sepultura. oleum pro spiritu sancto. Sigillum pro cruce. Unguentum est confirmatio professionis. Mentio fit patris uti causae et mittentis spiritus sancti uti testis. Demersio significat quod commorimur. emersio quod resurgimus. /. Haec in constitutionibus aplorum lib°. 3°. cap°. 17.

Paulus ad Ro. eius. VI. cap°. Fratres quicunque baptizati sumus in christo Jesu. in morte ipsius baptizati sumus. consepulti n. sumus cum illo per baptismum in mortem ut quomodo resurrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita et nos in novitate vitae ambulemus.

Super quibus magr Sntiar lib°. iiij. Dis. iij inquit

Mors xpi Salvatoris Jesu non est baptismus. sed causa effectiva ipsius baptismi. nam si mors christi nunquam evenisset. Baptismus nunquam effectum habuisset: Sed quando ille preciosissimus sanguis effusus est in ara crucis, tunc plenarie a peccatis nos lavit.

Quo circa Paulus ad Cor. eius prima Cap°. 7°. Empti estis precio magno. /. ad Hebreos. 9°. Christus assistens pontifex futurorum bonorum per amplius et perfectius tabernaculum. et neque per sanguinem hircorum

sed per propriam sanguinẽ introiuit semel in sancta eterna
redemptione inuenta.
In constitutionibus apostolorum cap.° libro 2°.
Saluum fac dominẽ populum tuum, et benedic hereditati tue.
quam possedisti: et acquisiuisti precioso sanguinẽ Xpi tui.
De cons. habetur dis. iiij cap.° proprie.
In morte Xpi: et resurrectionẽ ex mortuis. Potentia baptismi
nouam creaturam condidit.

De baptismi effectu.

Baptismi effectus est a peccato mundarẽ. ueluti paruulos. Adul-
tis autẽ omnium peccatorum remissio non solum originalis, sed
et aliorum et totius penẽ, nec alia penitentia requirit.
Secundum autẽ Bona. in. iiij. Sen. Dis. iiij lr . q. iij. Triplex
est eius effectus. Vz caracteris. Impressio: gratiẽ infusio: et
Innocentiẽ restitutio.

Quibus diebus solennẽ Baptisma Celebratur.

Solenẽ Baptisma celebratur in Sabbato sancto. et in Sabbato Pen-
techostes. Unde et ideo benẽ, piẽ, ac sanctẽ. sancta Romana
ecclesia statuit, ut in his duobus diebus baptismi fons solemniter.

benedicatur. Graeci uero hoc agunt in die Epiphaniae, eoque ipsa die christus baptizatus sit.

De Triplici Baptismo.

Triplex autem est baptismus. scilicet fluminis, flaminis, et sanguinis. s. Fluminis scilicet quando aliquis baptizatur in flumine aliquo necessitatis causa. uel etiam aqua, quae est propria materia huius sacramenti. De hoc baptismo dicitur Joan. 3. nisi quis &c.

De tali autem Baptismo loquendo dicimus, quod nullus potest baptizare se ipsum: et ratio redditur. quia scilicet baptismus est quaedam spiritualis generatio. unde sicut nullus potest se ipsum generare secundum carnem: pari modo nec secundum spiritum. unde Augustinus in libro de Trinitate inquit. ut nullus gignit se ipsum corporaliter ita nullus se ipsum potest spiritualiter generare. Baptizando scilicet se ipsum.

De Secundo autem Baptismo scilicet. flaminis. siue spiritus. est quando spiritus sanctus, mundat et abluit animam alicuius inuisibiliter à peccato. talique baptismo aliquis potest se ipsum baptizare. nec hoc est contra illud ubi dicitur. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto. &c. Quia intelligendum est renatur ex aqua in parvulis in re: s. In adultis uero, uel in re, uel in uoto. unde licet

talis non sit regeneratus in re, est tamen in uoto. cui si facultas daretur regeneraret etiam in re. De hoc baptismo dr Actuum primo. Joannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos dies.

Secundo autem capitulo. Factus est repente de coelo sonus tanq aduenientis sps uehementis, et repleuit totam domu ubi erant sedentes.

De Tertio aut baptismo. Vz sanguinis est quando aliquis non baptizatus suscipit mortem pro fide xpi: dum tame adultus habeat in uoto baptismu in re. si autem non sit adultus non requiritur tale uotum: sed sufficit mors tolerata pro xpo sicut fuit in innocentibus. De hoc insuper Baptismo dr Joan. 20 capº. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum. Luce uero, in Baptismo habeo baptizari, quo coartor donec perficiatur. Marci aut x. Potestis bibere calicem quem ego bibo: et baptismo baptizari quo ego baptizor

De baptismi caractere cofirmationis, et ordinis.

Hos caracter nec auferri, nec deleri potest, et sic in eis permanet ut et si condemnent. non sine eu ammissuri.

Caracter secundum Thomam Aquin: est signu͂ a deo anime im-
pressum in susceptione alicuius sacramenti: quod iterari no͂
potest perpetuo manens in anima. ./. Vel etiam caracter pro-
prie signaculum dicitur: et unusquisq͂ fidelis per caractere͂
ipm͂ ad duo deputatur.

Et Primo ad fruitionem gloriæ. et ad hoc signaculo gratiæ in-
signitur. Unde dr̄ Apoc. vii. Nolite nocere terre et mari. neq͂
arboribus quo͂dusq͂ signemus servos Dei nostri in frontibus eoꝝ.
Secundo anima fidelis deputatur ad recipiendum: uel aliis tra-
dendum; que ad Dei cultum pertinent: et ad hoc insignitur Ca-
ractere sacramenti idest signo indelebili anime impresso.

Baptismus reiterari non potest: quia xp̄s semel mortuus est.
Baptismus est ianua et fundamentum omnium alioꝝ sacrame-
toꝝ. nec quisq͂ secundum apostolic͂. ubi fundamentu͂ non est. sup-
edificare potest. ./. Baptismus non reiteratur illi, qui apud infi-
deles fidem negavit: cum poenitentia ducit.

Baptizati universe legis debitores fiunt. ./. Baptismus Ioannis dif-
fert a baptismo xp̄i; nec eandem uim habuit. gratiam eni͂ non
conferebat.

Quòd Paruulus per Patrini fidem saluet.

Dicimus quòd Paruulus licet nec fari, nec credere sciat per patrini fidem, quam profitetur saluatur, quod et secundū Isi. ea Dis. Paruuli. et cap.° se. in egroto, muto, et surdo bap=tizandis contingit. Legimus .n. Syrophenissam mulierē uenisse ad Jesum: et pro filia spm̄ ımundum patiente ad matris pces saluatam.

Quid Aug.° sup pmissis sentiat.

Augustinus ea dis. nihil. et cap. se. assertit. quòd ipsius pa=trini responsio ad solemnitatē pertinet sacramenti. quasi dicat non ad necessitatem. Paruulum. n. non fides illa, q̄ in credentium uoluntate consistit: sed fidei sacramentum fidelem facit. Unde fidelis uocatur. non rem ipsam profi=tendo, sed fidei sacramentum suscipiendo:

Veruntamen sicuti paruuli alieno errore dānati fuerunt: sic ex aliena professione saluari posse necesse est. e. Dis. illud, et cap. se. De qua professione cum ad etatem peruenerint eis patrini insinuare tenentur.

Ad quid Sacerdos Baptisans, et Episcopus cōfirmās. patrinos obligant.

Sacerdos Baptizans, et episcopus confirmans. patrinos ad spi=

ritualem curam obligant: quę non de facili omnibus conceditur. patrino tn̄. qui pro paruulo se uadem constituit: et quę fidei sũt obseruare promittit, Diabolo et pompis eius omnibus renunciando: committitur. Quia paruuli in baptismo orationē Dominicam, et Symbolum, in baptismate docere promittit: et illius curam habere. prout tenet. quod si neglexerit grauissime peccat.

Iux Leonis papę autoritatem. c. Dis. et plures. unũ tn̄ in baptismo: uel etiam confirmatione, patrinus haberi debet. ob pericula, quę in matrimonialibus coniunctionibus contingere solent. siue uir. siue mulier. Quam autoritatem et sacrosancta Tridentina Synodus laudat. cap. 2. Sess. 24.

Si necessitas cogat in cathecismo, baptismo, et confirmatione, unus tn̄ patrinus sufficere potest. Aliter singuli, singulos patrinos habeant. secundum canonem c. Dis.

Baptizandi in fide instrui debent ante baptismũ: et potissimũ adulti. De cons. Dis. 4. Ante. 20. ita. no. Gloss. in C. per cathechismũ. de cogn. spir. lib. vi. Cum igitur patrini spirituales filios in fide instruere teneantur: et in eor fide sacramentum baptismi suscipientē saluentur. Nullus patrinus

effici potest. nisi Dominicam orationem et Symbolū palam profiteatur. e. Dis. non licet. et ca. se.

Quod sint genera hominum quas ecclesia in patrinos nō suscipit.

Primum omnium. Et Monachus. Abbas. Abbatissa. moniales, et huiusmodi. Secundo infideles. tertio non dū confirmati. e. Dis. in baptismo. Huiusmodi. n. non possunt uere uocari fideles. et per consequens nec ueri testes esse possunt. 2. q. 7. non potest. et ca. se. Quartum autem est uir. et uxor simul. 30. q. 4. quod uidetur. s. nisi prius uotū castitatis emiserint. s.

Spirituales patres cōmisceri non debent; s. nec secundum aliquos quisq; de eius cognatione; et familia leuare debet. ex.ª de cogn. spir. cap. 2. et 4.

De sacramentalibus baptismi nō pteruudū fore; duxi, q iuxª cōem opinionē septē esse dicūt.

Quatuor scilicet ante baptismum. vz. exsufflatio, et insufflatio. sal. saliua tactus et ad pectus, et scapulas olei unctio. s.

Per exsufflationem, et insufflationem immundus sps expellit. et mundus introducitur.

Per salis immissionem. gratiam et sapientiā. nec nō a peccatoꝝ putredine preseruationem accipimus. quare, et ideo dr̄. cor uestrum sale sit conditum.

Per saliue tactum ad nares, et ad aures. sensuum spiritualium apertionem: et diuinam sapientiam intelligimus. Dicitur .n. Mar. vij. cap. et aprehendens eum seorsum de turba misit digitos suos. & expuensq; in terram dixit. Effeta, quod est aperire.

Per olei uero unctionem. que fit pectus et scapulas inungendo. diuine legis amorem et deuotā subiectionē intelligimus.

Tria fiunt post baptismum.

Scilicet chrismatis unctio in uertice, que significat xpī gratiā in mente. Vnde et ideo dr̄ in constitutionibus apostolorum capº. 42. libº. 7º. Quod hoc oleum Benedicitur. in remissionē peccatoꝝ et pparationem baptismi. Inuocatur .n. in ipsius benedictione Ingenitus Deus pater xpī: Rex omnis sensitiue et intellectualis creature, ut sanctificet oleum in nomine domini nostri Jesu xpī: et det grām spiritualem: et remissionē peccatoꝝ, et pparationē confessionis baptismi, ut qui inungit, liberatus omni impietate dignus fiat initiatione secundū

mandatum unigeniti.

Cereus insuper ardens porrigitur. per quem fidei charitatem et ardorem intelligimus. Unde et ideo dr Luce xij cap°. xv. Sint lumbi uestri precinti, et lucerne ardentes in manibus uestris.

Per uestem autem candidam. Innocentie restitutionē accipimus. Unde et ideo dr Luce. xv. Cito proferte stolam primam et induite illum.

Contra aut Math. 22. Amice quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem. fidem s3. sine charitate. sup regnabitur. Aug. inquit. Uestis nuptialis est charitas que diuiditur inter filios dei, et perditionis. Hieronymus autem dicit. quod uestis nuptialis sunt decem precepta, que includuntur in charitate dei, et proximi. De fide aut absq charitate Paulus ad Cor. xiij cap°. Et si habuero omnē fidem ita ut montes transferam. Charitatem aut non habuero nihil sum.

Charitas. n. est forma omnium uirtutū: et in ipsa boni actus. et sine ipsa nihil boni fieri potest.

Unde de pen. dis. 2. Charitas. est ut mihi uidet recta uolūtas

est infra. Sūma actionum bonaꝝ: salus moꝝ: finis coelestium preceptorum: Mors criminum: vita uiuentium.

¶ Supradicta possunt et alio modo accipi: nam sicut septem sunt dona spiritus scī; sic et septem sunt dona, que in baptismate conferunt. 30. q. i. ca. f. ~

Primum omnium est salis donū. Datur. n. Sal secundū Rab. et Bedam de cons. dis. 4 ex hinc. et ca. se. Sal benedictū in os baptizandi. Ut per sal typicum idest figuratiuū: Sapiētię sale conditus iniquitatis putredine careat: nec ultra peccatoꝝ uermibus putrescat: sed illesus conseruetur ad maiorē gratiam percipiendam. §. Sal prima fidei rudimenta significat. sine quoꝝ condimento omnis homo insulsus habetur. et hinc est quod seruator noster dixit. Sermo uester sale sit conditus. § et alibi Marci scilicet nono. Habete sal in uobis: et pacem inter uos. Math. v. Uos estis sal terre; quod si sal infatuatū fuerit in quo salietur. iii. q. vii. et hinc est. quod secundum legem nulla hostia offerebatur absq; sale. Sal. n. in omni sacrificio offerebatur. Mar. nono cap. Omnis uictima sale saliet. Unde sal pro sapientia habetur. §. Dum. n. Seruator nr̄ de bap-

tismo loqueretur. nullam mentionē salis fecit: nec dixit nisi quis renatus fuerit ex aqua salsa, uel sale mixta. sed potius. ex aqua et spū sancto. Sal igit̄ in diuinis pro sapientia ponitur. Sapientia .n. uirtutū omniū est condimentū. veluti sal omnium ciboꝝ, et ideo nullus in ecclesia baptizat̄: priusq̄ sale condiat̄: et hoc ideo agitur. ut quod teneri infantes actu habere non possunt sacramenti saltem significatione percipiant.

Secundum Donum.

Secundo aūt Sacerdos. nares et aures infantis baptizandi linit. quod xp̄i exemplo fit. qui expuens in terrā mutum et surdum sanauit. Mar. vii. et. viii. Ioan. q. Ceci nati in: Super Ioan. viii. ꝰ dixit effeta. quod est aperire. 24. q. 3. s. his ita. ſ. secundo. ſ. Secundū Rab. c. dex. ante baptismū. et ca. postea tangant. ſ. et ca. i. et ca. pp. Hoc sacramentum ideo agitur. ut per saliuā Typicā. idest figuratiuū sapientię dn̄i, et sacerdotis tactum. sapientia, et uirtus diuina salutem eiusdem cathecumini operetur. ut scilicet aperiātur ei nares: ad odorem et suauitatem cognitionis Dei odorandum. ſ. Aures aūt ad mandata Dei audiendum

et sensus ei ex intimis affectibus cordis aperiantur ad respondē-
dum Sacerdoti eum interroganti de articulis fidei. Digiti aūt
in auribus sunt uerba, et dona sp̄s sancti. Per saliuā ēe qua au-
res tanguntur. petitur ut doctrina, quę de ore altissimi prodijt
in eius aures intret. s. Nares tanguntur ut diuinā suscipiant uir-
tutem. qua bonum à malo discernere possint, et sanctā doctrinā
ab heretica prauitate separare. Unde dr̄ Cant. Nasus tuus sicut
Turris libani, quę contra damascū respicit. s. Nares insup bapti-
zandi tangunt: ut scilicet q̄ diu spūū naribus trahet, quę fidei
sunt custodiat: et ad euangelium aures aperiat, fabulis autem
claudat.

Secundū Amb. aūt est dis. propter gloriā siue dignitatē muneris
os saliua non tangitur, sed tantummodo nares. ut scilicet pie-
tatis ęternę odorem percipiant.

Tertium Donum. et quartum

Tertium aūt et quartum est unctio, qua Sacerdos, et pectus, et
scapulas baptizandi ungit. s. Super quibus considerandū est.
quòd quilibet baptizandus bis (pro ut supra dictū) ante baptis-
mum inungitur: et bis post baptismū. in uertice scilicet à Sacer-
dote. in fronte aūt ab Episcopo. s. Ex quibus tres primę unctio-

nes secundum Augustinū xi. Dis. Ecclesiasticarum usu potius in-
troducte fuerunt, q̃ Scripturarum testimonio.

In pectore tn̄, in quo est sedes cordis baptizandus ungit͛ oleo
ut scilicet per Spiritussancti donū errorē et ignorantiā abi-
jciat. fidem suscipiendo. Iustus. n. ex fide uiuit. ad Ro.
p°. ad Gala. 3°. ad Heb. x°. corde aūt credit͛ ad iustitiam
ad Rom. x°.

Baptizandi aūt scapulas sacerdos inungit. ut scilicet se ui-
riliter habeat, et bene operet͛. fides. n. sine operibus mor-
tua est. Iacobi. 2°.

Vel ēt in pectore inungitur. ut scilicet per bonorum operum exer-
citationem in fide permaneat. In scapulis aūt, ut fides
per dilectionem operet͛. s. Per cor insuper et scapulas in-
unctas. credimus quòd fides, quę mente concipit. opere
perficiatur, et corroboretur.

Ad quid baptizandus a Sacerdote in vertice inungitur.

Baptizandus a Sacerdote in uertice inungitur, Chrismate
sacro, quo scilicet paratus sit omni petenti de fide quam
profitetur respondere, et rationem reddere. per caput mens.

intelligitur iux illud ubi dr. oculi. hoc est sapientis intellectus in capite eius. vz mente cuius superior pars est ratio. inferior uero sensualitas.

Baptizandus oleo inungit. Baptizatus, chrismate quod soli christiano competit.

De pmissis unctionibus iterum agitur.

Aug. de Cons. Dis. iiij. Prima olei unctio nos atq; fidei sunt audiendum pparatos ostendit. ad suauem xpi seruatoris nri doctrinam percipiendam et audiendam. Diabolo uero et pompis eius renunciasse. per baptismu uetustatis errorem abluendum.

Secundum aut Rab. e. dis. deinde. ut per fidem undiq; muniamur, et ad bona opera per gratiam roboremur.

De verticis aut unctione.

Unctio aut verticis secundum eundem. e. dis. postq; et Du. quinta Nouissime. ut coelestis regni muneris particeps fiat. ostendit. et hoc ideo, quia in baptismo anima xpo desponsat. Et propterea fit cum crismate ex oleo, et balsamo confecto. ut sciamus, quod sps sanctus ei datur. qui inuisibiliter operatur.

Quid est pro:

Quid ē ppriū olei et Balsami.

Oleum membra fessa fovet, lumen pstat. et condit. Balsamum aūt redolet, et nascitur in loco qui dr oculus solis. arbuscula olim soli uni terre iudee concessa. Oppobalsamum dr succus ex arbore collectus. Xylobalsamum lignum balsami.

Unctionem hanc Sylvester Papa instituit. per pbiteros ob incertam imminentemq mortem conferri. Ex quo colligit ante eum, et verticis, et frontis unctio episcopale munus fuisse.

De quinto dono.

Quintum aūt donum est ablutio, sive imersio de quibus sup satis abundeq dixisse credo.

De sexto dono.

De sexto dono. quod est verticis unctio iam diximus.

De Septimo Dono.

Baptismum sequit spirituale signaculū. scilicet confirmatio. et est episcopale munus.

Baptizatus confirmari non debet secundū aliquos nisi elapsis septem diebus post baptismū: et hoc ob septem dona sps sancti. que in baptismo baptizato conferuntur.

Alij autem dicunt, quod statim post baptismu, baptizatus confirmari debet: Nam et Clemens papa instituit, ut baptizatus q̄ citius possit confirmetur.

Quid autem per confirmationē Conferatur.

Per confirmationē spiritus scs̄ datur. ad augumentū et robur. ex̄ de sacra unct. cap. i. et hanc solus Episcopus conferre debet. ex̄. de confir. quanto. §. Et hoc ideo quia, sulūmodo apl̄i eorumq; uicarij Episcopi sunt per manus impositionē spm̄ scm̄. dabant. prout in actibus apostolorꝫ Clare liquet. Ubi legit̄. Cum audissent apl̄i qui erant hierosolymis. ⁊ Tunc imponebant manus super illos et accipiebant spm̄ sanctum.

Per confirmationē quid.

In confirmatione totius xpianē religionis mysterij plenitudo completur. In baptismo nanq; per spm̄ sanctū peccatorꝫ remissio donatur. In confirmatione aūt sps̄ sanctus inuocatur, ut in domum ipam. quam sanctificauit descendat: et inhabitare dignet. et ad episcopi inuocatione infundit̄. ex dis. accep.

Mysterium hoc est unguentum: Unde Urbanus inquit per manus episcopalis impositionem sps̄ sanctus datur cuius uirtute

cor fidele ad prudentiá et constantiam preparatur.

Cur Baptizatus bis Chrismate inungatur.

Baptizatus bis Chrismate inungit̃ in uertice scilicet, et ĩ fronte, et hoc non ab re. Nam et apostoli ipsi bis spiritus sancti donum acceperunt. Primum scilicet in terra. qñ xp̃s insufflauit in eos dicens. Accipite spm̃ scm̃. quoꝝ remiseritis peccata remittunt̃ eis ⁊. Joan. 20. Math. 18.

Secundo aũt ẽ coelo in die sancto Penthecostes Act. 2. ubi dr̃. et repleti sunt omnes spiritu scõ. Luce. 24. Joan. 14.

Licet et in baptismo spm̃ scm̃ acceperint. Credendú .n. non est discipulos baptizatos non esse. cum alios baptizarẽt. pro ut habet Joan. iiij. Ubi dr̃. Ut ergo cognouit Jesus. Audiste Pharisseos. quod Jesus plures discipulos facit et baptizat. ꝙ Joan. C. ꝙꝙ Jesus non baptizaret sed discipuli eius) reliquid iudeam.

Tertio aũt capitulo dr̃. Post haec uenit Jesus, et discipuli eius in terram Judeá, et illic morabatur: cum eis et baptizabat.

Quid per duplicem paruulorum unctionem accipere debeamus.

Duplex paruulorum unctio ostendit per id, quod semel spiritus sanctus datus est Apostolis in terra proximi dilectione. per id autem, quod semel datus est e coelo Dei optimi maximi dilectione. in quibus duobus mandatis uniuersa lex pendet et prophetae. Math. xxi.

¶ Quomodo Presbiteri et Episcopi unctiones differunt inter se.

Unctio, quae in fronte ab episcopo fit, differt ab illa, quae fit a Sacerdote in uertice. Primo secundum Rab. de cons. Dis. v. nouissime.
In prima unctione signatur super baptizatum spiritus sancti descensus ad habitaculum Deo consecrandum.
In frontis uero unctione eiusdem spiritus sancti gratia cum plenitudine sanctitatis, scientiae, et uirtutis in hominem uenire declarat.
Differunt et inter se, quia per illam, quae in uertice per Sacerdotem fit. Anima Christo desponsatur, per illam uero, quae ab episcopo in fronte, et ditatur, et dotatur.
Per Presbiteri unctionem uulnera sanata accipimus. Per episcopi uero gratiae plenitudinem, quod facile ex utriusque uerbis perpendi potest.
Sacerdos. n. in uerticis unctione dicit. Deus, et pater domini nostri Jesu Christi; qui te regenerauit ex aqua et spiritu sancto. quique dedit

tibi remissionem pec͠oꝝ. ipse te liniat chrismate salutis in x͠o
Jesu domino n͠ro.

Episcopus uero haec transcendit dicens. Emitte in eu͠ septi-
formem sp͠m tuum sanctum paraclitu͠ de caelis. Sp͠m sapien-
tiae et intellectus. sp͠m consilii et fortitudinis: sp͠m scientiae et
pietatis: et imple eum spiritu timoris domini.

Quod nullus bis confirmari debeat.

Nullus debet bis confirmari sicut nec bis baptizari. pro ut
habetur in concilio Toletano Dis. 5. de cons. dictu͠. et ca. se.

Confirmationis locus.

Confirmationis unctio in fronte fit quia perfectoꝝ est. semper
manifeste et non in occulto. christi nomen p͠dicare. Unde d͠r
apoc. 14. Et uidi. et ecce agnus stabat supra monte͠ sion et
cum eo centum quadraginta quattuor millia habentia nome͠
eius. et nomen patris eius scriptum in frontibus suis.

Quaeritur utrum confirmatio sit de necessitate salutis et uidetur
quod non. Duplex est. n. necessitas: Altera scilicet quantu͠
ad esse. Altera uero ad bene esse. S. unde quantu͠ ad secu͠du͠
est necessaria. non au͠t quantum ad primu͠. quia et no͠ con-
firmatus saluari potest. eius au͠t contemptus damnabilis, et

hoc quia per confirmationē homo ad spirituale pugnā adiuuat.

C Quot aūt sint de substantia confir=

1092 matidnis. Dicimus esse quinq.

P° scilicet duo ex parte ipsius sacramenti materia scilicet et forma uerbor. Duo ex parte ministri dignitas Vz Pontifica= lis et intentio. Vnū ex parte suscipientis: quod chrismetur in fronte. ut scilicet non erubescat crucem domini. cum in confirmatiōe quædam spiritualis audacia conferat. Palam christū cōfitendi. Chrisma aūt ē oleum cū balsamo ab episcopo sanctificatū.

C De forma confirmationis.

Forma confirmationis hæc est scilicet Consigno te signo cru= cis. et confirmo te Chrismate salutis in nomine patris et filij et spiritus sancti. Amen.

In sacramento confirmationis confertur grā non solum cōmu= niter sicut in quolibet sacramento confertur grā emundans a peccato. sed et spiritualis grā. per quam suscipiens deputat ad officium sanctitatis, et idoneus efficitur ad christum confi= tendum. et de grato gratior efficitur.

Sacramentū confirmationis xp̄s instituit. Cum dixit Lucæ 24. Sedete in ciuitate donec induamini uirtute ex alto.

¶ Hic de admirabili sacramento Eucha-
ristiæ agit. alr. dr. Synaxis, uiaticũ, hostia, cena.

Et primo scilicet qñ fuerit institutũ, quod quidem institutũ esse uidetur in ultima cena per saluatorem, et redemptorẽ nostrum Jesum xp̃m. Cum post panis, uiniq; benedictionem suum ipsius corpus et sanguinem sub disertis et perspicuis uerbis illeris accipite scilicet, in cibum, et potum dare. testatur ẽ.

Sub quibus speciebus, post consecrationem Dominũ nr̃m Jesũ christum uerum deum, atq; hominem, uere, realiter, et substantialiter contineri Sancta Tridentina Synodus manifestissime docet Sess. xiij.

Saluator noster discessurus ex hoc mundo ad patrem sacramentum hoc instituit, in quo diuitias sui nos erga amoris aperuit dicens Hæc quotiescunq; feceritis &.

¶ Ad quid sacramentum hoc
sumi uoluit.

Sacramentũ hoc sumi uoluit. Tanq; animarũ spiritualem cibum quo alantur, et confortentur uiuentes uita eius. Qui dixit et qui manducat me, et ipse uiuet propter me. &. et ut sit nobis tanq; antidotum quo liberemur a culpis quo-

tidianis, et a peccatis mortalibus preseruemur.

Pignus preterea esse uoluit future nostre glorie et perpetue felicitatis.

¶ Quomodo hoc sacramentum adoratur.

SAcramentum hoc latrie adoratur quod soli deo conuenit.

Triplex est adoratio. Dulia, Hyperdulia, et latria, siue Theusebia.

¶ Quod nemo pro mortali obnoxius.

Ad hoc sacramentum accedere debeat.

Ad huius sacramenti susceptionem nemo sibi peccati mortalis conscius accedere debet. quantumuis contritus. nisi sacramentali confessione premissa. quod et ipsis sacerdotibus sancta synodus precipit. vel statim confiteantur.

Vnde Paulus: Probet autem seipsum homo: et sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui. n. manducat et bibit indigne judicium sibi manducat et bibit non diudicans corpus domini. 1. cor. xi.

Sacramentum hoc digne suscipientes. in pietate confirmatur. peccatorum remissionem consequuntur. Diabolo et eius errore liberantur. spiritu sancto replentur. et demum uitam eternam adipiscuntur.

¶ Cum Dominus discipulis suis sacramentum hoc tradidit. Judas non aderat.

In constitutionibus apostolorum libro quinto. capitulo. 16. dicitur.

Cum uero Antitypa mysteria pretiosi corporis et sanguinis sui nobis tradidisset. quibus non aderat unà nobiscũ Judas. exijt ad montem oliuarũ prope torrentem cedron.

Hic de sacramento pœnitẽtię agit.

Sacramentum poenitentię: tunc primũ dñs instituit. cum insufflauit in discipulos suos dicens. Accipite spm̃ sanctũ quorũ remiseritis peccata remittunt eis, et quorũ retinueritis retenta sunt. Joan. 20.

Penitentia ad fideles reconciliandos post baptismũ scilicet lapsos aplis, et eorũ legitimis successoribus cõmunicatã. Uniuersorũ patrũ testimonio comprobatur in sancta Tridentina Synodo Sess. xiiij cap. primo.

Penitentię sacramentũ differt à baptismo. Ministrũ n. baptismi Judicem esse non oportet. Cum ecclesia neminẽ iudicet. qui prius in eã. per baptismi ianuam non ingressus sit. iuxta illud Pauli ubi dr̃, quid mihi de ~~his~~ iis, qui foris sunt. secus aũt de domesticis fidei: et baptismi lauacro ablutis. qui quoties ingemuerint, et penituerint. per sacerdotis sñtiã liberari possunt. Sess. xiiij. cap. ij.

Sciendum insuper nobis est. quòd per baptismũ christũ induentes

noua prorsus in illo efficimur creatura. plenam et integrá peccatorum omnium remissionem consequentes. Ad quam quidem integritatem per penitentie sacramentú. sine nris magnis fletibus et laboribus illud diuina iustitia exigente peruenire non possumus.

Penitentia á Sanctis patribus pro laborioso baptismo habet. f.

Penitentia lapsis post baptismum. necessaria est ad salutem quemadmodum non dum renatis Baptismus et post Naufragium tanq secunda tabula habet. f.

De forma penitentię:

Dominus noster Jesus xps te absoluat. et ego. ?

Peccator remissio habet. proprie á Deo. á christo meritoria, á sacerdote ministratiue. Hec Ric. f. in iiij Magr Sn. in. iiij. ?

De Penitentię efficatia.

Penitentie efficatia nihil aliud est. q peccatoris. reconciliatio vná cum Deo optimo maximo.

De Penitentie Partibus.

Tres sunt partes penitentię. Contrictio. Confessio. et satisfatio. f

Contrictio quid.

Contritio, quę primam partem, et primú penitentię locum obtinet. nihil aliud est. nisi dolor uoluntarie pro peccatis assumptus. cum proposito satisfaciendi. et ulterius nó peccandi. et hæc oculoꝝ lachrymis non perficitur, nec per cęteras exteriores partes sed per solam interiorem voluntatis imutationem de malo scilicet ad bonú, et de morte ad uitam per spiritus renouationē. De qua Apostolus ad Ephes. 4. cap.º scribit dicens. Deponite ueteris hominis conuersationem, qui corrumpit secundum desideria erroris. et subdit. Renouamini autem spiritu mentis urę. et induite nouú hominem. qui secundum Deum creatus est. in iustitia, et sanctitate ueritatis. Is autem dr̃ nouus. qui secundum spm̃, et Dei uoluntaté et uiuit et operatur. Que quidem sps renouatio, et sps indutio uera, et propria, penitentia dicitur. quá Apostolus ad Eph. 4. nobilitat dicens. qui furabat iam nó furetur. Qui mendatia loquebatur non amplius loquatur. et sic de alijs ꝝ. quasi dicat. qui uere uult peniterē. Deponat omnia opera mala. acquirendo dona. f. Clariori aūt uoce ad Ro: xiij. Fratres scientes, quia hora est iam nos de somno sur:

gere. } et concludendo dicit. Abijciamus ergo opera tenebraꝝ: et induamur armis lucis fidei scilicet spei, et charitatis. ſ. Ad cor. aūt 2ª. vij. capº. Mundemus nos omnes ab omni inquinamento carnis, et spiritus perficientes sanctificationem in timore Dei. ſ. Ad Eph. aūt. iiij. capº. omnis amaritudo, et ira indignatio, clamor, et Blasphemia a uobis tollatur cum omni malitia. } et subdit. Estote aūt benigni. misericordes, inuicem donantes. sicut et omnipotens in christo Jesu Donauit nobis.

Hac interiori penitentia apparet. quemlibet peccatorem modo ut ẽ penitentem. de omnibus erratis ferè in uno instanti penitentiam agere posse. omniumq; pctōꝝ remissionem mereri, ac gratiam acquirere.]

De hac insuper interiori penitentia dr̃ Ezechielis xviij. si dicente me ad impium. } Ad se reuersus scilicet secundū interiorem penitentiam, de peccatis penitentiam egerit. } feceritq; iudicium et iustitiam. ſ. quod nihil aliud est q̃ se ipm̄ accusare. omniaq; mala a se ipso esse cognoscere. ſ. Justitiam aūt facere. nihil aliud q̃ deum iustificare. nullūq; malum a Deo esse cognoscere. Deo ipsi confiteri, et ab eo

omnia bona procedere firmiter credere. ſ. Per que tria hec sequunt. Primum scilicet cum antea peccator et impius per peccatú mortua fuerit. Anima in que peccaverit ipsa morietur. ſ. vita vivet. per acquisitam scilicet gratiá. vita spirituali. et non morietur. vz morte eterna. ſ. Secundum aut. quia Dominus iniquitatum eius non recordat. imo peccator omnium remissioné largitur. unde beati oes vie penitentes dicunt: quare et ideo dr ps. xxxi, Beati quorum remisse sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Alibi vero. Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum. Tertium aut. quod in Justitia sua, quam operatus est vivet. Hoc est iustitiam, ceterasq bona opera. que per peccatú amiserat omnia ei restituá. veluti scilicet ea, que operatus est in gratia ante peccatum. ſ. et hec est illa sanctissima, et vera penitentia vox in deserto clamantis. Poenitentiá agite: appropinquabit enim regnum celorum. ſ. et per hanc fit omnium peccator remissio. et ante auricularem, et sacramentalem confessionem semper presuponi debet.

De confessione que est secunda pars penitentie. ſ.

Vniuersalis et sancta catholica ecca semper intellexit institutũ fuisse ab ipso seruatore nostro christo Jesu. peccatorũ confessioné. quia sacramentalis confessio est secunda pars sacramenti penitentię. uel de eius necessitate. Nemo .n. potest instituere sacramentum aliquod: nisi is, qui potest dare efficatiá, et certidinem sacramento. Ex quibus patet confessioné ipsam a solo xp̃o Seruatore nostro institutam fuisse} qui solus potest et ualet sacramentú instituere. s. eiq; efficatiá et certitudinem dare.

Confessio generaliter sumpta. diuidit' in confessioné laudis, et fraudis. in plerisq; sacrarũ literarũ locis.

Confessio laudis est attestatio diuine perfectionis, ut cũ Deú dicimus omnipotentem, Pium, Bonum. misericordem. et justum. s. prout filius de patre loquutus est Math. 12. dicẽs. Confiteor tibi Pater Domine coeli et terrę quia abscondisti hęc a sapientibus} . De se ipso aút Math. X. qui me confessus fuerit coram hominibus. confitebor et ego eum coram patre meo. s. Dauid ps. 110. Confitebor tibi Domine in toto corde meo in consilio iustorũ et congregatione. Alibi uero. Confitebor tibi domine in toto corde

tibi meo. quę audisti uerba oris mei. ꝫ spi. 137.

Confessio aūt fraudis. est qua peccator se ipm̄ accusat. Quā et duplicem esse dicimus in uoto scilicet et in actu.

In uoto est, quę fit Deo de peccatis commissis. De qua Dauid: Dixi confitebor aduersum me iniustitiā meā dn̄o. et tu remisisti iniquitatem peccati mei. ps 31. et paulam infra. 9ᵘˢ. 34. Reuela domino uiam tuam et spera in eo ꝫ

Quam quidem confessionem per cordis contrictioné semp exigit Deus. ꝫ et necessariā ad salutem cuilibet actu peccati esse. Catholici omnes pariter et heretici fatentur.

Confessio uero in actu et duplex reperitur. Generalis vz. et spetialis. Generalis est, quę in templo Dei fit á Sacerdotibꝰ et altaris ministris pro uniuersali eccā in introytu missę. dicendo. Confiteor deo patri ꝫ. Quę generalis confessio secundum aliquos originem habuit ab illa generali confessione: quam pceperat Deus in ueteri testamento: s. Pontifex. n. Legalis quando pro delictis filioꝝ israel: eo q̄d legem á Deo datam non obseruassent. sacrificiū offerebat: Confessionem generalem faciebat pro toto populo. quemadmodum pceperat ei Deus. leuitici, xvi. Capº.

ubi dr. Postq̃ Sacerdos scilicet mundauerit santuariū: et
tabernaculum, et altare. Tunc offerebat Hircum uiuenté.
et posita utraq; manu super caput eius confiteatur omnes
iniquitates filior israel et uniuersa delicta, atq; peccata
eor. que imprecans capiti eius emittet illum per hominem
paratum in desertum. Cumq; portauerit Hircus omnes i-
iniquitates eor in terram solitariam: et dimissus fuerit in
deserto reuertetur in tabernaculum testimonij.] Cum paulo
antea Dominus iusserit alter Hircum mactari pro peccato
populi: qui quidem duo hirci. nihil nobis aliud innuunt q̃
geminam Xpi naturam. humanam scilicet et diuinam.
Humanitatem significabat imolatus. Diuinitaté autem
in desertum missus. S. et sic generali (4, capº) confessione
ista. Neemias confitebat peccata populi israel dicens.
Queso Domine deus coeli fortis magne, atq; terribilis, qui
custodis mandata tua fiant aures tue auscultantes.] et
paulo infra. Ego et domus patris mei peccauimus: uani-
tatem seducti sumus: et non custodiuimus mandata tua:
et cerimonias: et iudicia, que precepisti Moysi famulo tuo.]
Ex quibus facile colligere possumus. et in lege generalem

peccatorum confessionem fuisse. Nam et populus apud Ieremiam nono cap. peccata sua confitebatur. Dicitur in ubi supra. Conuenerunt filii Israel in ieiunio et in saccis, et humus super eos: et separatum est semen filiorum Israel ab omni alienigena. et steterunt. et confitebantur peccata sua: et iniquitates patrum suorum.

De speciali confessione, quam nos sacramentalem dicimus.

Specialis peccatorum confessio fuit et in lege. Nam et in lege aliqui coacti fuerunt sigillatim in genere, et in specie sacerdoti peccata sua confiteri. maxime publica, et notoria. ut clare patet Leuitici 4. 5 et 6. in quibus describitur quo sacrificio expiari debebat peccatum ex ignorantia factum: uel a Sacerdote: uel a Principe, uel a multitudine: seu ab uno priuato: et de peccante ex passione, uel malitia. et hanc specialem confessionem ostendebant, et faciebant hostiis illis. quas offerebant Sacerdoti: petentes hanc pro se. in hac, uel alia forma offerri. quibus Sacerdoti peccatum suum mundari et expiari manifestabat in specie, tali aut tali sacrificio.

Dicitur insuper numeri .V. cap.º locutus est Dominus ad Moysē dicens. loquere ad filios israel. vir, siue mulier cum omnib9 que solent hominibus accidere: et per negligentiā transgressi fuerint mandatum Domini, atq. deliquerit confitebunt pcm suum. Quam quidem legalem confessionem tanq. nostre auricularis confessionis significatiuā appellare possumus: et et tanq. ad hanc nostram sacramentalem confessionē inductiuā. De qua sapiens in prouerbijs loquit dicens. Iustus prior est accusator sui. et paulo infra. qui abscondit scelera sua nō dirigetur: qui aūt confessus fuerit: et reliquerit ea misericordiam consequetur. 4. cap.º Ecclesiast. aūt Non confundaris confiteri peccata tua: et ne subijcias te omni homini pro peccato. Item infra .4. cap.º Confiteberis uiuens uiuus sanus confiteberis: et laudabis Deum: et gloriaberis miserationibus illius. Esaias quoq. peccatoṝ confessionē commendat dicens. Narra si quid habes ut iustificeris. uel ut nonnulli interpretatur. dic tu iniquitates tuas ut iustificeris. Que quidem omnia sunt spiritus sancti testimonia. ad clarā euidentiam specialis, auricularis, et sacramentalis confessionis nostre. quam quidem sacramentalem confessionē. ubi

uenit plenitudo temporis. et misit deus filiũ suũ natũ ex muliere factum sub lege: ut eos qui sub lege erant redimeret, et euangelij gratiam mundo elargiret. ad animarum nostrarum salutẽ in ecclesia haberi uoluit. et quia ante aduentum mediatoris Dei et hominis plena reconciliatio fieri non potuit. post ipsius mediatoris et saluatoris nostri christi Jesu, cui data est omnis potestas in coelo et in terra. sacrum poenitentiae sacramentũ instituit, et ex dictis clare patet. auricularem et sacramentalem confessionem pro sacramento penitentiae necessariã esse cupientibus saluari. diuina xpi lege imperante. et esse ab ipso seruatore nostro institutam. Ab apostolis promulgatam. ab eccã uero confirmatã, et per sanctissimorum doctorum scripta mirabiliter approbatã.

De satisfatione que est tertia pars poenitentiae.

Satisfactio secundum Doc. dupliciter accipitur. uno mõ pro reconciliatione. eo quod omnes partes penitentiae ordinantur ad reconciliationem. unde earum quelibet dici potest reconciliatio. Altero autem modo dr solutio poene debite:

et sic est pars una penitentię. que est assumptio, siue adimpletio penitentię iniunctę, uel debitę. Vel et secundu Aug^m Satisfatio est causas peccatorum excidere. et earu sugestionibus aditum non prebere. De pen. dis. iij. Satisfatio. Secundum uero Anselmu lib^o. 3^o. Cur deus homo. Satisfacere est honorem debitum deo reddere. quas diffinitiones exponens Pet. in 4^o. dis. xv. dicit. Satisfatio curat peccata preterita recompensando, et preseruat a futuris cauendo. per actum primum diffinitur ab anselmo. cum dicit, deo honorem debitu. Qui scilicet per peccatum ablatus fuerat reddere. Per actum uero secundum. ab Augustino. causas scilicet excidere. unde fit preseruatio a futuris. causas uocat intrinsecas radices ex peccato relictas. Suggestiones uero. oportunitates extrinsecus uocat. ueluti tempus, locum.

De Partibus satisfationis.

Partes satisfationis sunt tres Vz. Oratio. Ieiuniu, et elemosyna. Oratio contra superbiam. Ieiunium contra carnis concupiscentiam. ellemosyna contra auaritiam. Ad quas quidem tres partes omnes alię satisfationes reducuntur. Vigilię, et peregrinationes, disciplinę, abstinentia, et omnia alia, que corpus affligunt.

affligunt. ad ieiunium reducuntur. ſ. Opera aūt corporalis misericordię ad elemosinā. ſ. Opera uero spiritualia hoc ē spiritualis misericordię ad orationē. } Per ieiuniū ordinatur homo ad se ipm: per elemosinā ad proximū. ꝑ orationem ad Deum. ſ. Per elemosynā satisfacimus de bonis exterioribus. per ieiuniū de bonis corporis. per orationem de bonis animę }.

Per orationem: mentem ad Deum eleuamus in iis, q̄ ad salutem animę pertinent, et diabolo resistimus. Per ieiuniū corpus in seruitutē spiritus dirigitur. ſ. Per ellemosinā. frangimus esurientibus panem. egenos uagosq; colligimus }

Quid horum trium magis Satisfatorium sit.

Secundum Thomā in. 4. Dis/ 15/ Elemosina includit in se orationem et ieiunium duplici ratione. Primo quia elemosina eum cui dat debitorē efficit ad orandū, et ieiunandum: et ad alia bona quę potest faciendū pro eo qui dedit. Secundo quia Elemosina propter deum data. est quasi oblatio deo facta. Unde. 4°. ethicoꝝ dr̄. quòd dona habet aliquid similē Deo sacratum. Oblatio aūt ipsa Deo facta

habet uim orationis. Oratio insuper eius uirtute continet ieiunium. Quia extensio intellectus ad deum debilitaté corporis parit. Elemosina tñ maiorem uim habet q̄ oratio et ieiunium. Unde et ideo dr̃ Luce. xi. Date elemosinã. et omnia munda sunt uobis. Danielis. iiij. Peccata tua elemosynis redime. Thobię. iiij. Elemosyna ab omni peccato liberat. Et nullũ tam graue peccatũ. quin oratione, elemosyna cum ieiunio nõ purget.

De satisfationis necessitate et eius fructu.

Largo comprehenditur ordine in sacro sancta Tridentina Synodo. sess. xiiij. Cap. viij. ubi dr̃. Demũ quo ad satisfationem.

De poenitentia exteriori, et quid sit.

Poenitentia exterior secundum Ambrosiũ. est mala pterita plangere. et plangenda iterũ non cõmittere. de qua dr̃ Iohelis. 2. cap. Conuertimini ad me in toto corde uro in ieiunio, fletu, et plantu. Secunda ad Cor. vi. cap. exhibeamus nos sicut dei ministros in ieiuniis. uigiliis, et castitate. Que quidem exterior poenitentia, in exteriori corporis cruciatu consistere uidetur. ueluti in ieiunio, fletu, oratione, et elemosina. tanq̄ fructus poenitentię illius de qua Ioannes

Clamans Math. iij. cap°. Dixit. facite ergo fructū dignū penitentię.] Talisq; poenitentia exterior, primam interiorem. scilicet cordis contrictionem præexit. quę nihil aliud est q̄ institutio nouę uitę. s. Opera uero meritoria exigunt fidē pariter, et gratiam: et hæc est illa penitentia. de qua Dn̄s 2° paral. 7°. cap°. loquitur dicens. Si clausero coelum, et pluuiā non fluxerit: et mandauero ut locustę deuorent terrā: et miserim pestilentiam in populum meum. Conuersus aūt populus deprecatus me fuerit: et egerit poenitentiam à uiis suis pessimis, ego exaudiam illum de coelo.]

Quod exterior poenitentia duplex sit. scilicet uera, et falsa.

Vera poenitentia p̄suponit primam interiorē. illum .n. uere poenitet: quem non tantum ore, et opere. sed et corde poenitet. pro ut legitur de Dauid: qui cum adulterium simul, et homicidium perpetraßet, redarguitusq; à propheta Nathā. dixit. secundo Reg. 12, cap°. Peccaui domino.] Quę quidem uerba ita fuerunt ex magna cordis contritione prolata. quòd meruit audire. Dominus transtulit peccatum tuum.] 24. insup. cap° ubi supra. Cum inflatus superbia iussisset numerare populū

suum }. et propter id misisset dominus pestilentiā in Israel . per tres dies. } Videns angelum cedentem populum dixit . Ego sum qui peccavi, et inique egi . isti autem oves sunt . quid fecerunt . } et placatur est Dominus . Achab Regem Israel sceleratissimū vere poenituit . 3 Regū . 21 cap°. Audita insuper terribili potentia Olofernis, Sacerdotes . induerunt se ciliciis . et ex toto corde omnes orabant ad dominū. } Ipsa aūt iudit habens super lumbos suos ciliciū ieiunavit . } Iudit . 4 / 18 . Iob vir iustus, ac timens deum : et recedens à malo . Dicebat Poenitentiam ago in favilla, et cinere . 42 cap. Hiniuite ad pdicatione Ione . vestiti sunt saccis . 3 cap° . In novo aūt Testamento . vere Magdalenā, et Petrū Christū negantem poenituit .

De exteriori falsa poenitentia.

Penitentia exterior falsa est . que fit tantummodo per actus exteriores, sine aliqua cordis contritione : et sine firmo proposito dimittendi peccata . / . que proprie hipocrisis . vana . falsa . ficta, et deceptoria dicitur . } pro ut legitur de Saul . p°. Re . 15 cap°. qui dixit ad Samuelem . Peccavi qm prevaricatus sum sermone Dei . Cui samuel porrò Triumphator in Israel non parcet : et penitudine non flectetur . neq; n . est homo ut agat poenitentiam .

Falsa insuper fuit pharaonis poenitentia. cum dixit Exodi/9/ cap.° Peccaui et nunc dominus iustus. et ego, et populus meus impij. ? [illegible]

Sic falso et penituit Antiochū pariter, et Esau. et q̄ plures alios, 2/Mach. 5/cap.°

De Triplici pœnitentia. V3.

Solenni, publica, et priuata.

Poenitentia solemnis est. quę á solo episcopo pro grauissimis criminibus publicis totam cōmunitatē conturbantibus. laicis fidelibus cum debitis solēnitatibus imponit. ? et hæc est semel tantum imponitur.

Poenitentia pub.ca est quę pro manifestis peccatis iniungitur in facie ecclesię. non tn̄ cum solēnitate astantium clericoꝝ. ?

Poenitentia aūt secreta. est satisfatio pro peccatis á sacerdote iniuncta. secrete agenda. et á peccatore poenitente. humiliter et deuote fieri debet, acceptari, et compleri.

De pœnitentię sacramento.

Pęnitentię sacramentū est absolutio hominis pęnitentis. facta á sacerdote iurisdictionem habente. sub certa uerboꝝ forma. cum debita intentione prolata. ex institutione diuina. effi=

caciter significantium absolutionem animę à peccatis.

De ministro huius sacramenti.

Circa aut ministrum huius sacramenti declarat sancta Synodus falsas esse, et à ueritate euangelij poenitus alienas. doctrinas omnes. quę ad alios quouis homines. pter episcopos, et Sacerdotes clauium ministerium pernitiose extendunt. Sess. 14. cap. 6.

Præmißis sic breuiter dictis de poenitentia, et eius partibus, hic de extremę unctionis sacramento dicemus.

Cum igitur sanctę Tridentinę Synodo. poenitentię sacramento iniungere uisum fuerit. Extremę unctionis sacramentũ. qd non modo poenitentię, sed et totius christianę uitę. quę perpetua poenitentia esse debet: consumatiuũ existimatũ ē à patrib9. Dicemus iux eiusdem sanctę Synodi Doctrinã. Extremã unctionem à Domino institutam fuisse: tanq̃ uere, et proprie sacramentũ noui testamenti. apud Marcum insinuatum. vi. capo ubi dr. et exeuntes pdicabant, ut poenitentiam agerent: et Demonia multa eijciebant: et ungebant oleo multos ęgrotos. et sanabant multos. per Apostolũ aũt Iacobũ fidelibus cõmendatam eius v. capo. Ad quod quidem sacramentũ duo requirunt. Materia

scilicet et forma.

Huius aūt Sacramenti materia. est oleum oliuę ab episcopo benedictum. cuius unctio aptißime spiritus sancti gratiā: qua inuisibiliter ęgrotantis anima inungit. representat.

Forma uero. Per istam sanctam unctionē.

De effectu huius sacramenti largo ordine cōprehēdit. capº. secundo ubi dr.

Res porrò et effectus huius sacramenti, illis uerbis explicatur. quibus apostolus nos alloquitur. dicens. Infirmatur quis in uobis. et oratio fidei saluabit infirmū: et alleuiabit illum dn̄s. et si in peccatis sit, dimittentur ei.

Vel et sm̄ Tho. in 4. dis/23/ Principalis effectus huius sacramenti est quedam sanatio spiritus. quę datur contra quandam debilitatem, uel ineptitudinem, quę in nobis relinquitur. ex peccato actuali, uel originali contra quam debilitatem. homo roboratur per hoc sacramentū.

Secundus effectus est sanitas corporalis. hanc tn̄ non inducit. nisi secundum, q̄d expedit ad finem principalem. scilicet spiritualem sanationem.

De ministro huius sacramenti.

Huius Sacramenti minister. est solus sacerdos nec alius aliquis potest inungere. et in casu necessitatis.

¶ Quibus conferri debeat hoc sacramentum.

Secundum Pe. Extrema unctio conferenda est nisi adultis infirmis. et de quorum transitu dubitatur. ergo euntibus autem ad bellum, uel etiam nauigantibus, aut iis, qui temporali iudicio plectuntur. siue suspenduntur:-nequaquam. quia talis mors non est ex defectu nature. sed ex euentu fortune. ergo negatur et paruulis, quemadmodum et Eucharistiam.

A mentibus, et freneticis non debet dari nisi in sana mente constituti illud petierint. ergo si uero petierint non negatur. ergo secundum autem Tho. et Al. Illis furiosis, et amentibus precipue dari non debet. qui uisibiliter per inmunditiam aliquam. sacramento irreuerentiam aliquam facere possunt.

¶ Que corporis partes inungi debeant.

Quinque corporis partes inunguntur. tamquam prime radices. peccandi. Primum scilicet oculi propter uisum: aures propter auditum. Nares propter odoratum. labia propter gustum: manus propter tactum. qui maxime uiget in digitorum pulpis. Pedes uero propter uim motiuam. Renes uero propter uim appetitiuam. scilicet mulieribus

tñ non inungunt propter honestatem. [. Mutillatis aut et cecis loca magis propinqua inunguntur.]

Utrum sit de necessitate salutis.

Dicitur, quod non. si tamen ex contemptu dimittitur. dānabile est. [. Soccius aut. si ex negligentia.

De sacramento Matrimonij.

Reliquum est: quia supra de ordinis sacramento. longo mō tractatu disseruimus. ut nunc de matrimonij sacramento sermonem habeamus. quò que de ordinibus, et septem eccę sacramentis dicere: ēt ex sacris scripturis colligere proposuimus suo debito fine concludantur.

Cum igitur prout nos sacro sancta Tridentina Synodus edocet. sess XXiiij. Matrimoniū in lege euangelica ueteribus connubijs per xp̄m gratia prestet. meritò inter nouę legis sacramenta annumerandū sancti patres concilia, et uniuersalis ecclesię traditio semper docuerunt.

Matrimonij aut perpetuum indissolubilemq; uinculū. Primus humani generis parens. diuino sp̄u afflatus protulit dicens. Hoc nunce ex hoc os ex ossibus meis. et caro de carne mea. [. Quamobrem relinquet homo patrem et matrem, et adherebit

uxori sue, et erunt duo in carne una.

Cuius sacramenti matrimonij nexum. Dominus ijs verbis confirmauit quibus dicitur. Quos ergo deus coniunxit homo non separet:

ad eph. v. De hoc sacramento Paulus scribit dicens. Viri diligite uxores uestras sicut xp̄s dilexit ecclesiá. et se ipm̄ tradidit pro ea. et subdit. sacramentum hoc magnú est. ego aūt dico in Christo, et in ecclesia.

Queritur quid sit matrimoniū.

Et dicitur. quòd matrimonium est uiri et mulieris coniunctio indiuiduā uitę consuetudinē retinens. s. super quibus animaduertendū ē, quòd uiri et mulierēs ideo dicitur coniunctio. quia nec unus uir plures uxores, nec mulier. plures uiros uno eodemq; temporē haberē possūt. et coniunctio scilicet animoꝝ. et matrimonialis sit indiuiduam consuetudinem. retinens matrimonio scilicet consumato per carnalem copulam.

Quibus de causis matrimoniū institutum fuerit secundum Joannē Mariá Verratū Ferrarieñ. Carmelitam.

In Principio matrimonium institutũ fuit propter tria. Primum scilicet ob mutuam societatem. mutuumq; amorẽ. Mutuũ adiutoriũ, et mutuũ obsequiũ. sine quibus nulla potest esse felicitas. quare et ideo dixit dñs. Geñ. Non ē bonum hominem esse solum, et sine socio, nulla iocunda possessio. et vhe soli. quia si ceciderit non habet subleuantem.

Secundo aũt propter bonũ prolis. et ad restaurandũ angeloꝝ ruinam. vnde et ideo Dominus primis parentibus dedit generationem benedictam Dicens. Crescite, et multiplicamini et replete terrã, et dominamini. Connubium igitur ratione prolis dictũ est matrimoniũ. et ratione Dei benedictionis fuit sacramentum. In principio creauit deus coelum et terrã, solem et Lunam. Tñ illis non benedixit. cum autẽ uentum fuit ad creaturas, quę fecunditatis semen erat habiturę Benedixit eis dicens. Crescite. Benedictio Dei ad creaturas nunq; ē sine gratia. secundũ earum creaturaꝝ dispositionẽ. Si creaturę sunt tm̃ habiles, et capaces gratię gratis datę. prout animalia irratio-

nalia ea tm̃ benedictione benedicunt: et secundū eoꝝ dispositione. Dei bn̄dictionis grām suscipiunt. si aūt creature sunt habiles et capaces gratię gratū facientis. cū bn̄dicuntur a Deo talem grām suscipiunt. Cum igit̃ deus bn̄dixit ꝑmis parentibus: dicens. Crescite et multiplicamini. Patet quòd talis bn̄dictio non fuit sine grã gratū faciente. cum ipsius capaces fuerint. quid. n. aliud est Deum benedicere hoīes nisi et remittendo peccata suā condonare grām. Benedictio quippe Dei nihil aliud ē quàm remissio pc̄i: et donū gratię. quare si matrimonium fuit a principio institutū cum ꝓpria dei benedictione. non fuit alienū à gratia: quare et ideo dicendum est ipm̃ matrimoniū sacramentū fuisse. quod est sacre rei signum. scilicet gratię. Ex quibus patet, quòd ꝑmi parentes iam erant ueri coniuges. ante datā generationem, et sic coniugiū fuit perfectum sacramentum ꝓpter datam generatione. Item sequit̃. quòd generatio primaria intentione fuit data ad restaurandū angeloꝝ ruinā. et ideo data fuit cum benedictione. quare primi parentes ante peccatum genuissent sine libidine, et per consequens filios sanctos. Data fuit insuper generatio in coniugio

ad humane speciei conseruationē. § Generatio ante lapsū fuit būdicta. post lapsum maledicta et libidinis morbo uitiata. propter quod uenit Diluuium

Post aūt diluuium iterū deus confirmauit matrimoniū. Gen. 8 Dicens crescite, et multiplicamini, et replete terrā.

Tertio aūt post lapsum, et diluuiū institutū fuit matrimonium contra carnis concupiscentiā. ¶ Unde Paulus 1.a ad Cor. 7. capo. unusquisque propriā uxorē habeat propter fornicationem. ex quibus patet. quòd aliquando fuit uerum et perfectū coniugium siue matrimonium sine generatione. et hinc est quòd inter doctores dicūt quòd copula carnalis non est de essentia matrimonij: sed tantum consensus uiri et mulieris. unde primus consensus facit matrimoniū, et si nunquam concurreret copula.

Quodlibet sacramentum, ut comuniter oēs asserunt. ē sacre rei signū, prout de baptismate, et Eucharistia patet quod et de matrimonio dicimus. et quod sit sacre rei signum et sacramentū, cum sit signū desponsationis christi cū ecclesia. per fidem, grām, et tandem per gloriā: Apostolus scribens ad Ephes. eius quinto. Comparat uirum christo

et uxorem ecclesiæ dicens. Mulieres uiris suis subditę sint. sicut domino. quoniam uir caput est mulieris sicut xp̄s caput est ecclesię. et sicut ecclesia subiecta est xp̄o, ita et mulieres uiris suis in omnibus. Ad uiros autem ait. Viri diligite uxores uras. sicut et xp̄s dilexit ecclesiā, et semetipsū tradidit pro ea, ut illam sanctificaret. Relinquet insup homo patrem et matrem, et adherebit uxori suę. quemadmodum xp̄s exiuit a patre et uenit in mundū ad ecclesiam sponsam suam. Item erunt duo in carne una. idest duę animę in eadem carne. et subdit. Viri debent diligere uxores suas, et corpora sua. qui suam uxorem diligit se ipm diligit. Nemo n. unq̄ carnem suā odio habuit; sed nutrit et fouet eam sicut et xp̄s ecclesiā. quia membra sumus corporis eius, de carne eius, et de ossibus eius. Scribens p̄terea idem apl̄s Ad Cor. eius p.ᵒ /7/ capᵒ. Dicit Vxor sui corporis potestatem non habet. sed uir. similiter autem et uir sui corporis potestatem non habet sed uxor. Ideo corpus uiri in mulieris est idem corpus. quod clare liquet. per illud quod paulo ante idem apl̄s scribit dicens. An nescitis, quod qui adheret meretrici. unum corpus efficitur. Tanto igitur magis

qui adheret uxori suę unū corpus efficit. Unde per consequens. Christus et ecc̄a est unum corpus. quia prout supra dixi membra sumus corporis eius. cum sit ipse caput, et de carne eius, et de ossibus eius. Unde idē apls. An nescitis, qm̄ corpora ur̄a membra sunt xp̄i. Ut aūt euidenter ostendat matrimonium esse sacramētū. quia est sacrę rei signum. scilicet desponsationis xp̄i cum ecclesia. per fidem grām et charitatem. Ad Ephe. eius 5°. scribit dicens. Sacramentū hoc magnū est. ego aūt dico in xp̄o et in ecc̄a. Quod aūt matrimoniū sit sacramentum. Ecce idem apls ad Cor. eius p° / 7 / cap° scribit dicens. Si quis frater uxorem habet infidelem; et hæc consentit habitare cum illo. non dimittat illā: et si qua mulier fidelis habet uirum infidelem, et hic consentit habitare cum illa, non dimittat illum. Sanctificatus est .n. uir infidelis per mulierē. et sanctificata est uxor infidelis per uirum. Alioquin filij ur̄i immūdi essent: nunc aūt sancti sunt. Unde, et xp̄s uolens matrimonij dignitatem ostendere: inuitatus ad nuptias in cana galileę manifestauit gloriā suā. Jois 2/ cap°.

Quod autem matrimoniū contrahentes. semper deū pre=
oculis habere debeant, et non matrimoniū contrahere
ut sue libidini uacent. Sicut equus et mulus. Veluti uiri
illi septem. qui ingressi sunt ad Sarram filiā Rague=
lis. et demum á demonio occisi: per monita illa an=
geli Raphaelis. qui dr̄ medicina Dei. Ad Thobiam
iuniorem facile colligere possumus. Dixit n. Thobie
septimo capo Angelus. tu aūt cum acceperis eam, ingressus cubiculū
per tres dies continens esto ab ea. ipsa aūt nocte incēso
iecore piscis. fugabitur demonium. secunda uero nocte
in copulatione sanctoꝝ Patriarcharꝝ admitteris. tertia
aūt nocte benedictionē consequeris, ut filij ex uobis pro=
creantur incolumes. Transacta aūt tertia nocte. acci=
pies uirginem cum timore domini. amore filioꝝ magis
quàm libidinis ductus. ut in semine Abrahe benedictio=
nem consequaris.] Per illos septem uiros á demone occi=
sos. sacrum matrimonij mysterium ignorantes accipim⁹
Per iecoris Sacrificium. Admirabile misse sacrificiū acci=
pimus. quod ante matrimonij consecrationē celebrari debet.
per continuam insuper orationem. Dei et angeli insuper
benedictionem

benedictionē. aliaq; oculta mysteria ibidem operata, manifeste constatur. matrimonium esse admirabile sacramētu.

Sunt duę alię principales causę secundum alios institutiōis matrimonij.

Vz suseeptio sobolis educandę ad cultum Dei. Gen. p°. Crescite. ℥ secunda aūt. causa fornicatiōis euitandę. p°. Pau. ad Cor. vij. cap°. propter fornicationē unusquisq; suam uxorem habeat.

Tria sunt bona Matrimonij.

Vz. Fides. Proles, et sacramentū. Fides nè cum alio, siue aliam rem habeat. Proles aūt, ut cū amore suscipiat', et que ad fidei sacramentū. et dei cultū pertinet erudiatur. Sacramentū aūt ideo dr, ut matrimoniū non separetur. inter fideles. n. rite contractum et consumatū non separatur nisi per mortem, licet interdū corporalis separatio fiat.

Duplex est matrimonij pfectio.

Quarum altera est quantum ad esse, quę fit per consensū uerbis expressum. Altera uero quantū ad operationē idest carnalēq copulā.

¶ In contrahendo Matrimoniũ
contrahentiũ ętas exquiritur.

n biro annor quattuordecim. In puella annor duodecĩ. si ante contrahunt. non est matrimonium. nisi, et aliq necessaria, et de ratum habendo. iam in ea ętate contractum subsequantur. Et hæc de septem sacramentis satis, abundeq; sint ad pñs dicta, et compilata. ad laudem omnipotentis Dei.

Secunda Neophitorum pratica de Sacerdotalibus indumentis, et ijs, quæ in tremendo missæ sacrificio aguntur. in hunc qui sequitur modum reducta, et collecta ex sacris codicibus. sanctorumque patrum authoritatibus.

Per

Præsbyterum Petrum Andream Thisiam Faganensem.

Salutat uos omnes Neophitos, qui estis
in Christo Jesu. Præsbiter Petrus
Andreas Thysias Faganensis.

Cum iuxta sacrosanctam Tridentinam Synodum in decreto de obseruandis, et euitandis in missarum celebratione Sess. vigesima quinta. R.^di in Christo fratres. inter cætera, quæ Saluator Dñs noster Jesus Christus, priusq̃ ad passionem suam accederet. Nihil magis sanctum. magis uel pium mandarit, et reliquerit, quàm memoriale, et perenne illud suæ eximiæ charitatis admirandum: et tremendum missæ sacrificium ab ipso solo summo Pontifice; et maximo Sacerdote, et hostia institutum. Non ab re eadem sancta Synodus Sacerdotes omnes in Domino hortatur, ut diligenter attendant. quatenus non tantum lotis manibus, sed et pedibus ad eiusdem Seruatoris nostri passionis commemorationem accedant, intentionem, et atentionem habentes ad ea, quę in tam admirabili commemoratione, et tremendo sacrificio, aguntur. ʒ. Non ociosum fore duxi. aliquid breuiter de ijs,

quę in missarum celebratione aguntur. scribere, enucleare, et interpretari. quò ita det nobis idem seruator noster, et deus, tam admirandum sacrificium peragere, ut nunq̃ cogatur peccatis, erroribus uel nostris ullis, in nos insurgere dicens. Populus meus electus, gens sancta. Regale sacerdotium labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me: et ideo abhominatio est mihi Thus, et sacrificium eorum. §. Quare uiri fratres Charissimi, et in Christo Jesu, dilecti, omnes unanimes accipite, quę in tam tremendo, et admirabili sacramento. ab ipso seruatore nostro, et hostia instituto non aũt ab humano semine: seruare, custodire, et intelligere debetis. Qua uel religione: quo cultu; quo reuerentia: qua uel cura celebrare debeatis, et cordis contritione: ad tam sanctum, et admirabile imò diuinum conuiuium accedere: cum in sacris literis maledictus habeatur, Qui opus Domini fecerit negligenter, et mandata eius non custodierit.

¶ Veruntamen, quia in nostra prima spirituali Pratica de ecclesię ordinibus, eorumq̃ annexis: nec non et de septem Sacramentis ecclesię cum eorum substantialibus sermonem habuimus. Anteaq̃ ad Tremendum missę sacrificium, et ea,

que in ipso missę sacrificio aguntur sanctaq; Romana ecclesia decantari statuit. progrediamur. De Sacerdotalibus indu=mentis: et quicquid eo[rum] unumquodq; significet, breui admodū calamo, et seric' describer' proposui. Ne' sacerdotes in ecclesia Dei, signum. in posterum, sine significato ferant. et tanq; se=pulchrum foris quidem dealbatum, intus uero spurcitijs, & ossibus plenum sint. Cum Sacerdos, quisquis equidem sit, tam dignitatis q[uam] etiam ordinis ecclesiasticis ipsis uestibus indutus. Bonis autem moribus et uitę honestate non circumamictus. quanto uenerabilior hominibus appareat; tanto indignior apud Deum reddatur.

Vnde' sicut in assiduis huius mundi agibilibus. non de=cet sacerdotes sacris uestibus uti. cum secundum easdem: et earum significatum absconditum nescio quid, et secundum spiritum presеferant. Sic nec eos decet. ut comunis uestibus sācta sanctorum ingrediantur sed in potius, et uestibus mū=dis, et pura conscientia prout habet' de Cons. Dis. p° Cap. p°. Et Stephanus Papa de' Cons. Dis. p° uestimenta, statuit. sa=cris uestibus non nisi in ecclesiasticis, et Deo dignis officijs uti.

Ezechielis autem xxxxiiij. dicitur. Ipsi ingredientur sanctuarium meum: et ipsi accedent ad mensam meam, ut ministrent mihi: et stabunt in conspectu meo. Cumque ingredientur portas atrij interioris, uestibus lineis utentur. et non sanctificabunt populum sine uestibus suis.

Per uestes, quibus in sacris utimur, Intelligimus sacramenta omnia non reuelanda fore populo.

Unde uestes sacræ Principium sumpserint

Sacræ uestes à ueteri lege uidentur assumptę. s. Præcepit .n. Dominus Moysi Exo. xxviij. s. xxxi. s. xxxv. s. et xxxx. cap. ut Aaron Sacerdoti, et filijs suis uestes sctas in gloriam et decorem faceret. ut loti, et sacris uestibus induti in sacris officio fungerentur. Et ideo eum docuit per quadraginta dies pontificalia facere: et sacerdotalia uestimenta sacerdotibus, et Leuitis suis: ornamenta, quoque et linteamina. que Maria soror eius texuit: et ea fecit in usum ministerij tabernaculi

federis. ut scilicet esset in celebrationibus decus. prout habet Eccle XXXXVII Cap.° Exodi XXVIII. §. Porrò filijs Aarõ Tunicas lineas parabis, et Balteos, ac Tiaras in gloriá et decoré.

Veruntamen ne omnia circunlustrare, uel de omnibus scientiá habere uidear: et tanq̃ informis cornicula me alienis laboribus, et uigilijs ornare uelle: omissis permultis, quę nobis non tantum commoda, sed etiam scire necessaria forent. Quia episcoporum indumenta se in medium obtulerunt. priusq; ad ulteriora procedamus de ipsis dicemus. scientes hoc unum potissimum, quòd cum Episcopus pro populo, et ecclesia Dei ad Deum Patrem Preces effundit. semper Aquilonem uersus intendit. licet magis commode orientem uersus prospicere posset. pugnaturusq; cum serpente illo antiquo, et humani generis hoste. non Galea, non lorica, non arcu, nõ pharetra, non asta, non claua, non clipeo, non gladio armatur, sed potius armis illis, de quibus Apostolus ad Ephesios eius sexto Cap.° scribens inquit. Induite uos armatura Dei, ut possitis stare aduersus insidias Diaboli. State ergo succinti lumbos uestros in ueritate, et indu. ti lorica iustitiæ: calciati pedes

in preparatione euangelii pacis. in omnibus sumentes scutum fidei. in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, et galeam salutis assumere, et gladium spiritus sancti, quod est uerbum Dei:

¶ Quid autem per ipsa Episcopalia indumenta intelligere debeamus sequitur.

EPiscopus igitur missam celebraturus. quotidianis uestibus exutus, mundas, ac sacras induit. Et primo Sandalia quo scilicet memor sit dominicę incarnationis.

Amictum sibi imponit, ut motus, et cogitatus, fauces, et linguā cohibeat: et sic fiat cor mundum, spiritum rectum percipiēs in uisceribus innouatum.

Albam Talarem induit. quę carnis munditiā significat.

Cingulum, ut luxurię impetus refrenet.

Stolam in signum obedientię.

Tunicam hyacinthinam. [. cœlestem conuersationem.

Dalmaticam. sanctam religionem, et carnis mortificationē.

Chirothecas, ut uanam gloriam declinet.

Anulum, ut sponsam suam, idest ecclesiam diligat.
Casulam .i. Charitatem.
Sudarium, ut .s. quicquid per fragilitatem, uel ignorantiā peccat: pœnitentia tergat.
Pallium superponit. ut se imitatorem Christi, qui langores nostros portauit, et cuius liuore sanati sumus ostendat.
Mitram, ut scilicet sic se habeat, ut coronam ęternam percipere mereatur.
Baculum accipit, authoritatem scilicet potestatis, et doctrinę.
Tapeta calcat. ut se terrena despicere, et amare cœlestia ostendat.
Præmissis uestibus à ministris induitur, qui ei tanq̃ Christi Vicario, ueluti Angeli suffragantur, seruiunt, et obediunt.

De Sacerdotalibus indumentis.

Ne autem leuis, uel lubricus sim: et tanq̃ Anguillarum more inter digitos elabar: uel et tanq̃ nullam certam ansam prębens habear. his de Episcopalibus indumentis dictis. superest nobis, ut modo de Sacerdotalibus, et quid significent dicam⁹.

Veruntamen cum sex sint sacerdotum indumenta, et cum episcopis ipsis comunia. Prius attendere debemus. quòd senarius iste numerus perfectius conuenit. eum et ipse senarius numerus perfectus sit suis partibus aggregatis. à principio enim omnipotens Deus sexto die perfecit cœlū, et terram, et omne ornatum eorum.

In plenitudine autem temporis. sexta ætate, sexto die, hora sexta humanum genus redemit. quibus patet ipsum senarium numerum forte, et esse perfectum.

De ipsis igitur sacerdotalibus indumentis sermonem habendo de amictu, quo sacerdos prius tegitur, dicemus.

Cum Sacerdos missam celebraturus amictum assummit Salutem intelligimus, quę per fidem tribuitur iuxta illud Pauli ad Ephesios. VI. cap.º ubi dicitur Galeam salutis assummite.

Castitatem pręterea, et cordis, et corporis denotat. quia scilicet renes, et pectus ambit, et tegit.

Per id autem quod omnibus sacris uestibus supponitur, et

omnibus supereminetur interiorem castitatem foris in oper
nitentem intelligimus. Unde et merito ipso renes stringū=
tur: in ipsis enim luxuria magis dominatur.

Per cordulas illius attentionem: et intentionem. ne scilicet
sacrificium fiat in fermento malitiæ, et nequitiæ, sed in
azimis sinceritatis, et ueritatis. I.ª ad Cor. Cap.º V.

De amictu, quamplura dicenda essent, ea tamen hic pp
prolixitatem omittimus. hoc tamen unum pretereundū
non fore duxi. Ut scilicet amictus operimentum, siue
uelum significet. quo iudei faciem christi uelabant di=
centes. Prophetiza quis est, qui te percussit. Math. 25.

De Alba

Sacerdos assumpto amictu albam induit. quę nihil super=
fluum: aut dissolutum in sacerdote, et eius membris esse
demonstrat. eius candore munditiam demonstrans, iux
illud ubi dicitur Omni tempore uestimenta tua candida sit.

Alba autem hæc de lino, uel bisso esse debet. Bissus aut est Egy=
ptiacum linum. per quod intelligimus; quod sicut linum,
uel Bissus candorem, quem ex natura non habet, multis

tunsionibus atritum per artem acquirit. Sic et hominis caro munditiam, quam per naturam non obtinet, per bonorum operum exercitationem, uarijs castigationibus macerata per gratiam sortitur.

Cum Apostolo igitur Paulo Sacerdos corpus suum castiget, et in seruiturem spiritus, non autem carnis redigat, nè forte cum alijs prædicauerit, ipse reprobus fiat.

Per Albam &c. qua corpus totum tegitur. Spes, quę per gratiam è sursum ecclesię prouenit: et ex ipsius ecclesię meritis deorsum figuratur.

De hac Apostolus ad Rom. viii. cap. Spe salui facti sumus.

Nouitatem insuper uitę significat, quam christus habuit, et docuit: tribuitquè in baptismo, de qua Apls. Exuite ueterẽ hominem cum actibus suis, et induite nouum, qui secundũ Deum creatus est.

In transfiguratione Domini Math. viij Capº. vestimenta eius facta sunt alba sicut nix.

Quia scilicet peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius.

Alba insuper haec. vestem illam. qua christo Herodes illusit significat. Luce xxiij Cap°.

De Cingulo.

Cingulum continentiam significat, iuxta illud luce xij cap° ubi dicitur. Sint lumbi uestri praecinti, et lucernę ardentes in manibus uestris.

Christus redemptor noster venerandos sacerdotes, et castos esse praecepit. Qui enim castitatem non custodit, nec bonus, nec fidelis sacerdos habetur. Unde ius Canonicum in sceleris detestationem, missam sacerdotis concubinā habentis, audiendam esse prohibet Dis. xxxij. Cap. Nullus missā audiat Praesbyteri, quem sit indubitanter concubinā haber.

Sancta insuper Tridentina Synodus prohibet, neminē, qui publice, et notorię criminosus sit, aut sancto altari ministrar, aut sacris interesse. eius decreto de euitandis, et obseruandis in celebratione missarum.

Eadem insuper Tridentina Synodus clericos concubinarios damnat, et pœnis a sacris canonibus impositis puniri iubet. Sess. xxv. Cap. xiiij.

Nicolaus Primus interdixit ne quis sacrificanti concubinam habenti assistat. Alibi uero.

Hosce abesse procul iubeo, discedite ab aris:
Quos tulit hesterna gaudia nocte uenus.
Casta placent superis. pura cum ueste uenite.
Et manibus puris. sumite fontis aquas.

Qui sint lumbi mentis & corporis.

Lumbi mentis sunt uoluntas, et intellectus.

Lumbi uero carnis sunt in quibus luxuria uiget: et utrique sunt precingendi: et coarctandi ab illicitis cogitationibus et operibus.

Cingulum et iustitiam significat, cuius duo sunt bracchia se se constringentia. Declinare scilicet a malo, et bonum operari.

Ipsius insuper cinguli due sumitates sunt. Vz duo naturalis iustitie precepta, que nos dns docuit dicens. Quod tibi nō uis fieri alteri nē feceris. Et quecunq uultis ut faciant uobis

homines, eadem facite et illis.

Cingulum insuper flagellum ostendit, Quo Pilatus Christum flagellari iussit. Joan. XIX Cap°.

De Stola.

Stola iugum domini suaue, et onus eius leue ostendit.

Per illud autem q stola sacerdos á dextris et á sinistris munitur. Intelligimus, q per arma iustitię á dextris et sinistris, in prosperis scilicet, et aduersis fortis, et constans esse debet. ne uidelicet in aduersis desperet, uel in prosperis eleuet.

Vnde meritò cum ab episcopo ordinatur, et stolam accipit, dicit illi Episcopus. Accipe iugum Dei: iugum enim eius suaue est, et onus eius leue. suaue in prosperis, leue í aduersis.

Duo stolę brachia pendentia. prudentiam, et temperantiam significant. Vnde Apostolus ad Titum secundo Cap°. Sobrie, et iuste, et pie uiuamus in hoc sęculo expectantes beatam spem, idest fęlicitatem supernam, quę est in spe.

Quia autem stola super sinistro Diaconi humero superpo=

nitur. Hoc nobis innuit. qd temporalia scilicet spiritualibus ser=
uire decet. vel quia diaconi dextra ad Sacerdotis ministeriu
libera esse deceat.

Per Stolam obedientiam euangelij accipimus crucifixi. Nam cu Christus in forma Dei esset: non rapinam arbitratus est: se esse equalem Deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui ac=cipiens, factus obediens usq ad mortem; mortem aut crucis. Ad Philip. secundo Cap.

Per Stolam et obedientiam euangelij accipimus crucifixi. Nam accipimus quomodo christus in eius passione: dum flagellis cederetur ad columnam corda ligatus fuit.

De Manipulo.

Per manipulum, qui et sudarium apellatur. Diuino cultui man=cipatis traditur ne scilicet accidia subrepat: et dormiente ani=mum reddat. iux illud Dauidis Ps. 119. vbi dicit. Dormita=uit anima mea p tedio confirma me in uerbis tuis.

Manipulum insuper accipimus ad sudorem mentis: cordisq sopore abstergendum, et excutiendum: Bonisq operibus inuigilandu.

Iux illud lucę xij Capº. Vbi dicit. vigilate quia nescitis qua hora filius hominis uenturus sit.

Manipulus non est assumptus ab Aaron, sed ab antiquis, et sanctis patribus.

Per manipulum ēt accipimus. funem qua Iesus ligatus fuit Ioan. xviij. Capº.

De Planeta.

Per Planetam, charitatem intelligimus: sine qua sacerdos est uelut, es sonans. aut cimbalum tinniens. Sicut eni cha: ritas multitudinem peccatorum operit: et plenitudo legis est dilectio: sic et planeta omnes alias sacerdotales uestes operit.

Vestem insuper illam nuptialem exprimit, de qua Dñs Math. xxij. Capº agit dicens. Amice quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem. Quo circa sine planeta nunquã sacerdos officium suum exercere debet, uel Deo optimo maxº offerre. Et hoc ut scilicet semper interius, et exterius denotet in charitatis uinculo permanere.

Per illud autem quod amictus super Planetam reuoluit: accipimus quòd opera nostra bona. ad charitatem se semper offerri habeant. Charitas est enim omnis mandati finis.

Per illud autem quòd Planeta in anteriorem, et Posteriorem partem diuiditur. Charitatem Dei, et proximi accipimus.

Per eius latitudinem. Charitatis et uim accipimus iux illud Dauid Ps. 118. ubi dicitur latum mandatum tuum nimis.

Per Planetam insuper uestimentum, quo Christus indutus fuit accipimus. Ioan. Capº. xviij.

Et hæc de Sacerdotalibus indumentis ad pñs satis sit dicta.

Hic autem seriem sermonis nostri tenentes de iis, quę in Tremendo missę sacrificio aguntur Dicemus.

Super quibus animaduertendum est. quòd priusquam officiū missę, quod representat conuiuium illud in quo pater filio reuertenti uitulum illud saginatum occidit. Panem uitę, et uinum, quod miscuit proponens. Et quod officium christus

in ultima cena

in ultima cena instituit. Quod mysterium; et Apostoli postea fre=quentare ceperunt, in comemorationem passionis eiusdẽ saluatoris nostri, eximię charitatis. formam in uerbis: et materiam in rebus tenentes. Sacerdos, incipiat. Inclina=to capite. Deo optimo maximo cum astantibus confitet.
Psalmum illud pmittens. qui incipit: Judica me deus. Ex institutione celestini Papę; et Damasi. qui generalem con=fessionem instituerunt in principio missę. Et in fine psalmorũ Gloria patri decantari. quo facto deuoteq; altari deosculato introitum incipit.

Qui quidem introitus nihil aliud, quàm uaticinia prophetarũ et sanctorum Patrum desiderium cum pręconijs filij dei aduentum, et incarnationem exprimit.

De Kyrieleison.

Kyrieleison, est quasi misericordiam domini implorare, quasi dicat domine miserere: uel christe miserere:
Papa Gregorius illud nouies decantari pcepit: ut scilicet decimus ordo, ex hominibus assumptus, et reparatus nouem

societur angelorum ordinibus

Siluester autem Papa, illud a Grecis assumpsit.

De Gloria in excelsis.

Ex institutione Thelesphori Papę in missa cantat, et est angelorum hymnus. Temporali christi natiuitati testimoniū perhibens.

De Dominus uobiscum.

Ex Ruth secundo sumptum est. Vbi legitur. Booz messores suos salutasse dicens. Dominus uobiscum. Illis respondentibus: Benedicat tibi Dominus.

Secundo Paralipomenon. xv. cap.º Asa Regem, et eos, qui cum eo erant Azarias filius Obed salutauit dicens. Dominus uobiscum quia fuistis cum eo. Et subdit. Si quesieritis eum inuenietis. si derelinqueritis eum, derelinquet uos.

Angelus Gedeonem salutans. Dixit Dominus tecum.

Gabriel Angelus ad Mariam uirginem missus dixit. Aue Maria gratia plena Dñs tecum. Lucę p.º cap.º

Salutationem insuper Christi exprimit ad apostolos, quando scilicet post eius resurrectionem illis apparuit dicens. Pax

uobis Joan. XX. Cap°.

¶ Et cum spiritu tuo

Sumptum est ex epistola secunda ad timotheum ultimo cap°. Ubi dicitur. Dominus Jesus Christus cum spiritu tuo. Et huius modi salutationes ostendunt, quòd sacerdotis, et populi unus debet esse affectus.

¶ Oremus.

Sacerdos resalutatione accepta à populo; reuersus ad altare: et stans in medio eius dicit; Oremus. Quasi parum de sua bonitate confidens, cum nemo sciat an amore, an odio dignus sit apud deum. Tanquam aut omnium syndicus uniuersalem ecclesiam colligit dicens. Oremus. quasi dicat orate omnes unà mecum, ut quod oramus, et postulamus à Domino citius consequi mereamur. Impossibile est enim multitudinem non exaudiri.

Cum autem orationem dicit. Uniuersalem ecclesiam, et eos maxime qui tanto mysterio adsunt. ad orandum, et uigilandum hortatur. non soecus ac Dñs Jesus Discipulos suos uigilare, et orare precepit, nè locum darent Diabolo. luce

xxij cap°. Math. xxvi. Marci xiiij.

Quia autem orationi subiungitur. per dominum nostrum Iesu Christum. Illud nobis innuit. quod ipsemet solus dominus, et magister dixit Ioannis xvi cap°. V3. Amen Amen dico uobis. quicquid petieritis patrem in nomine meo hoc faciã. ut glorificetur pater in filio. Marci aũt undecimo. propterea dico uobis. omnia quecunque orantes petitis. credite, q accipietis: et eueniet uobis. quare et ideo orat sacerdos ad patrem: ut per filium suum, qui est mediator dei, et hominum Det nobis quod petimus.

Cum dicit Per omnia secula seculorũ. uel consecutiue, uel anthonomatue intelligi potest. Consecutiue sicut generationes generationum sibi inuicem succedentium.

Anthonomatue sicut cantica canticorum: et est sensus sicut ante omnia secula. filius cum patre in unitate spiritussancti in deitate uixit, et fuit: sic, et in pñti seculo, et in futuro.

De Amen.

Amen est uerbum optantis, uel affirmantis, quasi dicat fiat nobis sicut orasti: seu fœliciter acta sit oratio tua.

Amen hebraicum est. et quod nos dicimus fiat fiat, hebrei dicunt Amen Amen.

¶ De epistola.

Epistola apostolorum doctrinā significat: et ioannis officiū ante christum ostendit: qui preiuit ante faciem domini parare uias eius. Marci. i°. Luce. i°. Math. xi. Gerit insuper figuram legis: et prophetię ante christi aduētum.

¶ De reuerentia subdiaconi ad sacerdotem reuertentis, lecta epla.

Ioannem significat, qui discipulos suos ad Christū misit dicens. Tu es qui uenturus es, an alium expectamus. Math. xi. Capitulo. Lucę. vii.

¶ De graduali siue Responsorio.

Graduale siue responsorium opera actiuę uitę nobis innuit. secundum scilicet quod in epistola legi audiuimus: et post epistolam iccirco legitur, quia post predicationem Ioannis. apostoli christum sunt secuti ꝗ uersus aūt adiutorium si-

gnificat. Gregorius. Ambrosius. Gelasius gradualia, Tractus, et alleluia decantari præceperunt.

Post graduale legitur Alleluia.

Quod est canticum letitię: et ab angelis decantari auditū. Apoc. xix cap.° Vbi dicitur. Post hæc audiui quasi uocē turbarum multarum in cælo dicentium Alleluia. Tobię penultimo cap.° Plateę tuę sternentur lapide mundo: et candido: et in uicis tuis cantabit' Alleluia, quę laus angelica est,

Secundum Haymonem super psalmum. 104. et uox prophetę siue laus angelorum.

Ja. n. nobis innuit nomen dnī. ꝗ

Alleluia laudem cum exultatione designat.

Diuersę opiniones. et interpretationes. super Alleluia.

Secundum Innocentium. laudate pueri dominum.

Secundū Aug.m Saluum me fac domine.

Secundum Hieronymū. Cantate laudem ad dominū.

Secundum Gregorium. Pater, et filius; et sp̄s sanctus, uel lux uita, et salus.

Secundum Petrum Antisiodoren. Altißimus leuatus est in cruce. &c. Legebant apostoli iam resurrexit. Petrus comestor super Apocalypsim.

Augustinus in glosa psalterij: est uerbum imperatiui modi, et significat laudate uniuersalem: uel inuisibilem Deum: et est laus inuisibilis dei.

De Tractu qui dicit a Dominica septuagesime usque ad uigiliam Pasche.

Qui dies sunt una cum officijs luctus potiusque letitie a Thelesphoro Papa initium sumpsit. laborem et miseriam presentis incolatus insinuat. Unde David. Heu mihi quia incolatus meus. psal. 119.

Longam sanctorum Patruum: et aduentus Christi expectationem innuit: et iudeorum afflictionem. Qui in Babilonica seruitute: et captiuitate lugentes organa sua in salicibus suspenderunt dicentes. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena. Psalmus. 136.

De euangelio.

Euangelium dicitur bonus nuntius, siue bona anunciatio:

et est Christi, et apostolorum p̃dicatio, uitam post mortem anunciens: requiem post laborem. Regnum aũt cælorꝫ: et eternum in eius compensationem.

Euangelium est principale omnium, quæ ad missam pertinẽt, et eius officium.

ℭ De Symbolo.

Quia corde creditur ad iustitiam: ore aũt confessio fit ad salutem. ad Rom. x. capº. Ideo ecclesia spiritu sancto illuminata, ut ostendat quod ea, que in euangelio leguntur: et q̃d Christi, et apostolorꝫ p̃dicationem recipit corde bono; et optimo. lecto euangelio. Illico decantat. Credo in unũ deũ p̃rem.

Symbolum post euangelium: fidẽ post p̃dicationem ostendit. Symbolum Grece. latine iuditium, uel collatio.

ℭ Quid sit secundum Augustinum.

Credere deo. s. Credere Deum. s. et credere in deum. s.

Credere Deo. est credere esse uera, que loquit᷑. quod etiam mali faciunt.

Credere Deum, est credere, quòd ipse sit Deus. quòd et Demones faciunt.

Credere in Deum. est credendo Deum Amare, quodꝫ soli boni faciũt.

¶ De Predicatione.

Per predicationem. ecclesia p̄dicatā fidem tenere profitet̄.

¶ De offertorio.

Post p̄dicationem fidem in corde: laudem in ore. fructū in opere credimus.

Predicatio in euangelio: fides in Symbolo: laus in offertorio: fructus in sacrificio.

Offertorij uersus a sanctißimis, et antiquis patribus maxima tum deuotione: tum diligentia inuenti sunt. qui tamen nostris temporibus breuitatis causa omittunt̄. Quò scilicet et minister: et populus altaris sacramento liberius uacent.

Vnde Augustinus ipsam christianam religionem. paucißimis et manifestißimis celebrationū sacramentis misericordia Dei uoluit esse liberam.

Hieronymus. Melior est quinq̧ psalmorꝫ cum cordis hilaritate decantatio, q̄ totius psalterij cum anxietate modulatio.

Verborum enim multitudine: Deus flecti non potest.

¶ De Manuum oblatione.

Sacerdos ideo hostiam oblaturus manus lauat: ut scilicet conscientiam suam lauare uideatur lachrymis penitentię:

et compunctionis, et iccirco dicit. lauabo inter innocentes manus meas. Esaysas autem lauamini mundi estote. Dauid ps vi. lauabo per singulas noctes lectum meum lachrimis meis stratum meum, rigabo.

Lauat et manus. ne reus sit corporis et sanguinis Dni iux illud ubi dicitur Mathei xxvi. Innocens ego sum a sanguine iusti huius.

De Corporale et Palla.

Dum aut sacerdos manus lauat Diaconus corporale super altari, ea, qua decet reuerentia, et deuotione cooperat. munda Palla. admonemur, ut ministri, et Populus ab omni carnali, cupiditate alieni sint. non secus, ac ipsa palla munda est ab omni naturali uiriditate, et humore.

Corporalis munditia, populi fidelis munditia, et deuotionem significat.

Vnde et ideo dr De cons. Dis. i. ex consulto. Ex consulto, n. constituimus omnium. ut sacrificium altaris non in serico panno, aut intincto quisq celebrare presumat, sed in puro linteo ab episcopo consecrato Terreno scilicet lineo: de terra procreato: et contexto. sicut et corpus dni nostri Jesu christi, in

sindone linea sepultum fuit: et christus ueram carnem passibilem, et mortalem de terreno uirginis corpore assūpsit. Ex institutione igitur Sixti Papę, et Eusebij corporale fit de puro lino et candido.

Corporale intentionem paßionis ? seu corpus christi significat. sicut. n. linum, siue Byssus, diu atritum albedinē quam non habet ex se acquirit. ita et christi caro per dira certamina ad resurrectionis gloriā peruenit.

Ecclesiam insuper demonstrat. per quam christi corpus accipitur. quę uarijs tentationibus, et psuris ad cęlestem beatitudinem perducitur.

Complicatio eius Christum ostendit, qui nec principium, nec finem habet: et sicut oblata corporali coniungitur in altari: sic christi caro diuinitati coniuncta cruci affigitur.

Corporale quod super altari extendit. Sindonē quam xps in monumento inuolutus fuit, significat. Alterum uero super calicem. sudarium eius.

Extentum corporale: Christi humilitatem in passione eius significat. s. sudarium uero laborem, uel est linteum quo erat precintus, quando lauit pedes discipulorū suorū. Ioan.

xiij. Sudarium uero laborem in persecutionibus.

Corporale insuper eius albedine nobis innuit, ut cor contritū, et spm̄ humiliatum habere debet: is qui ad tam admirabile sacramentum accedit.

Daniel 3. Ps. 50.

Sother Pontifex maximus 23ª Dis. sacratas. ne feminæ sacratę, uel moniales sacrata uasa, vz. calicem, uel patenā, pallas et corporale contingant uetuit. licet ipsę altaris ornamenta, et ministrorū facere possint. non secus ac Maria soror moysis, que talia fecit: et texuit in usum ministerij tabernaculi fęderis pro ut supra dcm̄ est.

De oblatione Sacerdotis.

Sacerdos in eius oblatione, primo offert se ipm̄. deinde que dei sunt: et sacrificio necessaria, et apta, Panem scilicet, vinū Et aquam.

In quibus considerandum est. quod in ueteri lege super mensā tabernaculi ponebantur duodecim panes azimi, et similia mundi ualde. et ponebantur semi altrinsecus, et singulis supponebatur patena aurea: et super patenā pugillus Thuris.

Exo. 25.

Panes isti dicti sunt sacerdotales, eo quod de altari sublatos soli sacerdotes eos comedebant. s uel secundum Iosephum

quod illos soli sacerdotes formarent: et coquerent.

Propositionis aut̄ dicebant. quia ponebant super mensam propositionis coram Dn̄o. in memoriam sempiternam duodecim Tribuū filiorum israel.

Ex eo aut̄ quod illos soli sacerdotes, formarent: et coquerēt. intelligimus, quod et sacerdotes nostri per se ipsos hostias facere tenentur.

Per illud aut̄ q̄ hostia rotunda formatur: intelligimus, q̄d Domini est terra, plenitudo eius, orbis terrarū: et uniuersi qui habitant in eo: Dis: viij. quo iure. s. et ipsius hostia forma significat illum, qui principio et fine caret. quāuis dicatur Apoc. p°. cap°. Ego sum Alpha et o. principiū et finis.

Vel ēt hostia ipsa per ipsius rotunditatē nobis innuit. quod ab ipso sunt omnia: et ad ipm̄ omnia retorquent. Vnde Et Ideo Dauid. Veritas tua in circuitu tuo.

Oblatio aut̄ panis et uini significat pia fideliū desideria. s. Per panem christi corpus accipimus. per uinū sanguinem eius. per aquam aut̄ populum.

Panis dicitur à Pan, quod est totum. Et hoc ideo. q̄m hic et in futuro est tota uita nostra. Vnde dr̄. ego sū uia ueritas, et uita.

Vinum autem à uite. cui se seruator noster comparat dicens. Ego sum uitis uera. Joan. XV. cap°.

Aqua uero ab equalitate. quia per hoc sacramentũ angelis equari debemus.

Quę licet duę sint species: non sunt tñ duo sacrificia: unitas enim uerbi unitatem efficit sacrificij.

Cum aũt Sacerdos dicit Suscipe. sancte pater ⁊ notandum est & tunc hostia corpus christi significat: sacerdos uero ipm̃ christum: qui se ipm̃ in ara crucis Deo Patri obtulit.

Cum aũt hostiam in altari, supra corporale, quasi supra Sindonem mundam coaptamus. Innuit nobis, & ipsemet xp̃s sacramentum hoc instituit: et ecclesię seruandum tradidit. dicens. hec Quotienscunque feceritis in meam cõmemorationẽ facietis. ⁊ luce XXij.

Cum Sacerdos hostiam signo crucis super altare collocat. intelligimus, quòd christi oblatio in cruce facta fuit.

Vinum aũt in calice sanguinem christi intelligimus.

Cum aũt in maioribus solemnitatibus, et potissimũ pontificalibus Diaconus solus, absquè sacerdote. qui christũ significat, calicem tenet. hoc innuit nobis, quòd in christi immo=

latione sanguis fuit a corpore separatus. Non tn Diaconus solus offert, sed una cum sacerdote: uel sacerdos illo mediate, et ideo dicitur offerimus, non aut offero, ueluti in oblatione hostię.

Calicem ergo diaconus una cum sacerdote offert. quia no solu christus se ipm Deo patri obtulit, sed et per euangeliu suum, cuius diaconus est figura. tanti sacrificij ritum instituit: et ecclesię obseruandum tradidit.

In consecratione tn solus est sacerdos. quia consecratio ad Sacerdotem dumtaxat pertinet.

Per illud aut, q solus Sacerdos aquam uino comiscet in calice: intelligimus, q solus christus populum sanguine suo redemit.

Commixtio insuper haec. unionem populum una cu xpo significat. Quę fieri non potest nisi per gratiam Christi: Cuius Typu Pontifices, et sacerdotes gerunt.

Commiscet aut aqua uino in calice ex institutione Alexandri Papę primi. ad denotandum, q nunq salus populi esse potuisset. sine christi sanguinis effusione: nec etia sanguinis effusio sine populi salute. per morte enim xpi Deo patri reconciliati sumus.

Ex latere insuper christi exiuit sanguis, et aqua. quod nobis innuit, quod et christus non sit sine populo, neque populus sine Xº.

Cum ergo aqua uino miscetur: Tunc xpo populus adunatur. De cons. Dis. secunda cum omne. ad finem.

Sacerdos insuper aquam uino commiscet: ad denotandú nobis, quòd sicut aqua non separatur á uino. sic nec populus á christo.

Cómiscetur insuper aqua uino: ut diuinitas: et humanitas in una persona esse intelligatur coniunctę. De cons. Dis. secunda. capº. 3. 4. et 5.

Per uinum diuinitas. per aquam humanitas intelligitur. Qui aliter faciunt. diuinitatem ab humanitate separant quod nefas est fieri.

Cum autem Sacerdos priusquá uinú, et aquam in calice ponat. de uino et aqua in terram fundit. intelligimus, quod sanguis, et aqua de latere christi usquè in terrá fluxerunt.

Cur auté Sacerdos uinum non benedicit, cum illud in calice ponit. s. uinum christum significare dicimus, qui nulla eget benedictione: quia est benedictus in secula seculorum

Aqua uero, que Populum significat. Benedicitur, ut scilicet

Populus,

Populus, qui in hac uita sine peccato esse non potest: omnipotentis Dei benedictione dignus reddatur, ad premissá unionem cum christo.

Vinum insuper non benedicitur. quia illud, et subdiaconus, qui benedicere non potest, in calice ponit.

Populus igitur per aquam unitur christo. solum per gratiá ipsius xpi: quem sacerdos benedicens ostendit.

Notandum insuper est. quòd tantillum de aqua uino commisceatur. quòd uinum sui saporé retineat, et non ab aqua absorbeatur. Ex°. de Cele. missaę. perniciosus. et hoc ad insinuandum, quòd ecclesia debeat incorporari christo non christus ecclesię. Vnde Augustinus. Non tu mutabis me in te. sicut cibum carnis, sed tu mutaberis in me.

Predictus insuper Papa Alexander statuit oblationé ex azimo fieri in modica quantitate: dicens. hęc oblatio, quanto rarior, tanto pcisior.

Hic autem non pretermittendú fore duxi illud scilicet, quod in minoribus solemnitatibus, et priuatis missis sacerdoti ministrans ampullam cum uino, manú eius non osculatur: ampullam autem aquę porrigens osculum dat. per quod nil

aliud equidem accipimus. nisi quia uinum christum seruatorē nostrum significat: aqua uero populum. per osculum autem Pax reformata inter deum, et hominem intelligitur.

Et Ideo semper cum celebranti aliquid porrigitur. uel ab eo accipitur; manum eius osculamur. Ad insinuandum. quod seruitium omne; reuerentia, uel omnis Deo optimo maximo exhibita, cuius uices celebrans gerit, ex intimis affectibus charitatis: et amoris procedere debet. quod per osculū designat̄.

Hic de collocatione calicis super altare.

De collocatione autem calicis super altare. quia Romae ad dextrum latus hostię ponitur: non ab re hoc agitur. ad dextrum .n. latus ponitur quasi sanguinē, et aquam suscepturus: prout de dextro christi latere profluxisse credim̄. Quia aūt comuniter alibi hostia inter sacerdotem, et calicem ponitur, animaduertimus, quòd christus est mediator inter deum et homines. Diu: x̄. q̄n. per sacerdotem igitur Deū Patrem. Per hostiam Christum. per aquam in calice populū accipimus. non .n. nisi christo mediante ad resurrectionis gloriam peruenire possumus. sx̄ illud ubi dr̄. Ego sum resur-

rectio et uita. Joan. xi cap°.

Aliter autem hostia propinquior est sacerdoti, q̃ calix. quia prius consecrata á Christo legitur, q̃ calix. siue sanguis. et Apostolis prius exhibita: Dicens 7 quare et ideo Romani cruces eorum ab hostia super calicem producunt.

Notandum insuper est. quod in ampullis in quibus aqua, Et uinum continetur pro sacrificio. s.. in parua substantia incomprehensibilia continentur futura sacramenta.

Ampulla quasi ampla bulla. et significat cor humanũ, quod amplum esse debet charitatis latitudine.

Calix Sepulchrum uel passionem significat. Patena, cor latũ, et amplum significat: super latitudinem enim charitatis sacrificiũ debet offeri: ut aĩæ holocaustũ pingue fiat.

Hanc latitudinem cordis. siue charitatis Apostoli habuerunt. quando. s. Petrus dixit. Etiam si oportuerit me mori tecũ non te negabo. similiter et cęteri omnes: et nihilominus dum uerum sacrificium offerebatur; eo relicto omnes fugierunt. sicut eis prędixerat dicens. omnes uos scandalum patiemini in me in nocte ista. scriptum est enim. Percutiam pastorem, et dispergentur oues gregis Math. xxvi.

Per illud autem, quod patena ipsa non plene sub corporali absconditur. accipimus, quod beata uirgo. et Joannes euangelista non fugierunt ab eo sed secuti sunt eum: unde de beato Joanne euangelista dicitur Jois. xviij. cap.° Discipulus autem ille erat notus Pontifici, et introiuit cum Jesu: in atrium Pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris.

Dicturus autem sacerdos Pax Domini: Patenam resumit: quasi Dominicę resurrectionis gloriam annunciaturus. scilicet per Patenam insuper ęternitatem accipimus, quę principio, et fine caret.

De Populi oblatione.

His dictis de sacerdotis. et ministrorum oblationibus, superest, ut de Populi oblatione dicamus. qui in conspectu Domini uacuus apparere non debet. iuxta illud exodi xxiij. et de Cons. Dis. prima omnis.

In ueteri testamento populus offerebat sacrificium legale: et uoluntarium pro peccato. pro gratiarum actione, dona, uota, et holocausta.

Sacrificium legale sunt Decimę: et primitię. uel eaque, quę lex iussit offeri. Deuteronomij xij cap.° ubi dicitur.

Ad locum quem elegerit Dominus deus uester.
Voluntarium est illud, quod pro peccato, siue legis transgressio-
ne offerebatur.
Dona sunt. quae in templi ornatum offerebantur.
Vota, quae pro periculis infirmitatis, uel belli,
Holocaustum illud est. Vbi totum, quod offerebatur. puta agnus,
uel uitulus in altari igne comburebatur.
Synagoge autem ritus. pro religione ecclesie nunc accipitur.
Carnalis. n. Populi sacrificia. s. in spiritualis populi acci-
piuntur.
Alius. n. aurum offert magos imitatus. s. Alius Argentum.
eos secutus, qui pecuniam in Gazophilatio posuerunt. Alius
autem de sua substanstia ut illis societur. qui per Paulum: et
Barnabam necessaria pauperibus transmisserunt.
Spirituales insuper legale sacrificium offerunt in decimis et primitijs.
Voluntarium in spontaneis oblationibus.
Pro peccato. dum elemosynis, et penitentijs peccata eorum redimunt.
Pro gratiarum actione. Dum pro collatis a Deo beneficijs aliquid
offerunt.
Dona dum in ecclesiarum edificia, uel etiam utensilia aliquid offerunt.

uota dum quod in periculis uouerunt exoluunt.

Holocausta offerunt. qui seculum derelinquerunt, et sua pauperibus distribuunt.

De inclinatione Sacerdotis coram altari post oblatam, et orationem.

Præmissis sic ut supra expletis. Sacerdos inclinato capite coram altari. dicit. Suscipe sancta trinitas. quod sumptũ est ex tertio cap° Danielis. ubi dr̃. In anima contrita; et spiritu humilitatis suscipiamur a te domine. sicut in holocausto arietum: et Tauroꝝ: et sicut in milibus agnoꝝ pinguium sic fiat sacrificium nostrum hodie. ut placeat tibi. quoniam non est confusio confidentibus in te.

Sacerdotis inclinatio. Christi humilitatẽ significat. qui exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, factus obediẽs usque ad mortem, mortem autem crucis. ad Philip. 2° cap°.

Posmodum uero Sacerdos se erigens altare osculatur, ad denotandum quod per passionem christi. populus liberatus ẽ. et Deo reconciliatus. Iux illud Pauli ad Ephe. 2° cap°. ubi dicitur. Nunc autem in christo Iesu. uos qui aliquando eratis

longe facti estis prope in sanguine christi. ipse. n. est pax uestra, qui fecit utraq; unum. / . et subdit. Veniens euangelizauit pacem uobis, qui longe fuistis: et iis qui prope. quoniã per ipm habemus accessum ambo in uno spu ad Patrem.

¶ De orate fratres.

Cum sacerdos dicit orate fratres. Illud significat quod xps dixit Mathei. xxvi. cap.° Orate ne intretis in tentationẽ. et Petro scilicet dixit. oraui pro te, ut non deficiat fides tua.

Sacerdos insuper orare populum monet, ut eius sacrificium acceptabile fiat. / . Cui populus deuote respondere debet. / . Memor sit Dñs sacrificii tui, et holocaustum tuum pingue fiat. vel suscipiat dominus sacrificium de manibus tuis } vel. sps Domini superueniat in te. } vel mittat tibi dñs auxilium de sancto. } vel. Immola Deo sacrificiũ laudis, et redde altissimo uota tua.

His dictis Sacerdos orationibus instat, ne indignus inueniat ut Oza. qui indigne Archam federis tangens percussus ẽ à Domino: nec inuenitur peccatũ aliquod cõmisisse, nec

Paralipo: p.° xiii cap.° contra dominum, nec contra legem. nisi hoc unum. quia scilicet pcedenti nocte uxorem propriam cognouerit.

Bethsamitę quoq; qm temere archam Domini tangere ausi sunt occisi fuerunt.

Archa Domini prętiosa Calix est.

¶ De prefatione.

Prefatio dicitur quia pcedit sacrificium principale. est .n. qui quędam plocutio: et ad misterium orationis preparatio. à te igitur, usque ad Agnus Dei.

Preparatio .n. dici potest. eo quòd fideliu mentes ad consecrationis reuerentiam excitet.

Dicitur et Hymnus Angelicus. eo quòd angelicis laudibus undique, et per totum resonet. à salutatione, siue in hac parte oratione illa uobiscu dns. usq; ad Sanctus.

Per Dominus uobiscu in pfatione, salutatio xpi ad discipulos accipitur.

Per sursum corda. ascensus ad cenaculum.

Per sursum corda et ad confitendum filio surgimus: et angelorum misterium imploramus. qui uota nostra suscipientes ad Deum Patrem perferant.

Per gratias agamus. Deo patri gratias reddimus per filium per quem redempti sumus.

Omnipotens deus. Duas rationales creaturas condidit. Angelicá scilicet: et humanam: quę scilicet ei gratias redderent. Unde et ideo in pfatione dicitur. socia exultatione concelebrat humili laude dicentes. sanctus. sanctus. sanctus dominus deus Sabaoth.

De præfationibus hoc tñ unum notandú est. quòd licet multiplices sint prefationes, uel alloqutiones. Decem tantúmodo canonizatę sunt. Unde Pelagius Papa de Cons. Dis. i. inuenimus. Inuenimus inquit has nouem pfationes in sacra cathologo tantummodo recipiendas. Resurrectionis. scilicet Ascensionis, Pentecostes. Natiuitatis. Epiphanię. de Aplis. de Trinitate. de cruce. de ieiunio. Urbanus Papa Dis. 70 sanctoꝝ. decimam addidit de beata uirgine.

De Canone.

Secundum aliquos: hic incipit missa. et à litera. T. quę hebraicę Thau dicitur. et in sui forma crucis mysteriú ostendit. Unde dominus per Ezechielem. Signa Thau in frontibus uiroꝝ dolentium, et gementiú super abhominationibus hierusalem. Capº. eiũs nono.

Canon dicitur eo quòd à regulis Patrú compositus sit. à

sanctis .n. Patribus aliqua uerba mystica ibi sunt instituta.

Canon et dicitur. quia regulariter xps uerus sacerdos, et hostia in eo representatur. Seu quia per hunc regulariter fit consecratio sacramenti.

Actio insuper dicitur. propter sacra misteria, que in eo aguntur. Et quia tunc cum Deo agitur. quod aut dicat actio. in Capitulis illis comunicantes: et hanc igit oblationē. clare liquet: Dicuntur enim solummodo aliquibus diebus, et temporibus infra actionem idest canonem.

Dicitur et sacrificiū a sua parte digniori.

Dicitur insuper secreta: quasi nobis occulta. quia humana ratio nequaq tantum mysterium plenarie capere potest. Ad quod significandū merito secreta uoce celebratur.

Priusquam tamen ad expositionem actionū ut supra ueniam: cum lingua deficiat. superetur ingenium. et cuiuslibet intellectus opprimetur iuxe Eximij, ac R.mi Doctoris mei sētentiā. In primis, et ante oia sciendum nobis est. Canonem undecim continere partes. uel ut ita dicam et actiones. §. Canonis ipsius est prima. secunda incipit ibi: Memento Dne: §. tertia Comunicantes. §. quarta hanc igit: §. quinta. quā oblationē

Sexta Qui Pridie. Septima. Simili modo. octaua Unde et memores. Nona supplices te rogamus. Decima in secūdo Memento. Undecima Nobisquoq; peccatoribus.

De Prima parte Canonis.

Te igitur] igitur pro certe accipitur; et est continuatio ad pcedentia. Quasi dicat Sacerdos. Deum ipm optimum, maximum alloquens. tu es sanctus Deus. et idcirco clementissime mentem scilicet clarificans. Cum uidelicet illum propitium habemus.] Quibus dictis humiliter, et deuote sacerdos ipse se humilians. significat nobis, quòd et Petrus se inclinauit dum prospexit in monumentū. debet humilitatem Xpi ad passionem: et quòd sacerdos ipse cum reuerentia ad mysterium crucis accedit. s. Sequit autē supplices.] Et hic sacerdos altare osculatur. ut discat qua cordis contrictione hoc agat, in honorem, et memoriam passionis dñi nři Iesu christi: et quomodo eidem saluatori Dño nřo Yesu Christo se compati ostendat. s. Cum scilicet traditus sit à tribus in remissionem peccatoꝝ nroꝝ. s. Unde Aplš. Proprio filio suo non pepercit Deus. sed pro nobis omnibus traddidit illum. s. Secundo à Iuda. Unde dr̄ Math. XXVI. querebat

aūt Iudas oportunitatem ut traderet illum. s. a Iudeis aūt Pilato. prout patet Ioan. xviij ubi dr̄. Gens tua, et Pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid fecisti?

Prima ex gratia: s. secunda ex auaritia. s. tertia ex inuidia.

Deus ex dono. s. iudas pro munere. s. Iudeus in sacrificiū illibatum. s. Et hoc ideo sacerdos super oblatum et calicem tres cruces facit. Dicens. Hęc dona. hęc munera. haec sancta sacrificia illibata. traditiones sic ut sup.ª commemorando: Quę singule fuerunt ad mortem. mortē aūt crucis. Per pręmissa tñ tria uerba non aliud q̄ aliud dr̄. Sed res una pro sui magnitudine, et dignitatē laudatur diuersis nominibus. Donum. s. dantis. s. munus accipientis. s. sacrificium offerentis. s. unde Pater dedit. s. filius obtulit. s. spiritussanctus recepit. Et iccirco Apls Ad hebr. 9. cap.º Christus per spm̄ sanctum semetipsum obtulit Deo immaculatum. Notandum insuper est. quod ideo pluralit̄ dicimus Dona, munera, et sacrificia. s. Quia panis, et uinum priusquàm consecrentur. et diuersę sunt substantiaę species, et speciez diuersę substantię. Sed postq̄ coelestes consacratio accedit. species quidem remanēt. sed substantiae

conuertuntur, ideo diuersa sunt continentia sed unum contentum. Dicuntur insuper sancta, et illibata. quia panis et uinum sanctificant in sacrosanctum corpus, et immaculatum sanguinem christi. Et non dicunt immaculata quasi nondum gustata. sed potius immaculata. que scilicet sine macula cordis, et corporis offerri oportet. Vz. q cor ab iniquitate, et corpus ab immunditia purgetur anteaq offerantur .s. vel dicunt illibata, quasi sine labe. ueluti Paschalis agnus .s. vel et illibata hoc est incorrupta. Nō icotreo. Quia substantia panis et uini corrumpi nō possit. Sed quia corpus, et sanguis filii Dei. in qua, uirtute uerbor species iam transubstantiate sunt corrumpi non possunt.

Pro quibus aūt sacrificiū altaris offerre debeamus, ex ipso canone colligitur. s. Pro uniuersali scilicet ecclā. pro oībus Pontifice et antistite nostro. pro omnibus orthodoxis. atq pro omnibus uniuersalis, et apostolice fidei cultoribus.

De secunda parte canonis

Vz Memento Domine.

In hac secunda parte canonis. sacerdōs orat pro se ipso, pro uiuentibus, et specialiter pro quibus sacrificium offert, et

omnibus circumstantibus . et hinc manifeste apparet q̄ sa-
lutiferum sit tanto sacrificio interesse.

Sequitur aūt. quorum tibi fides cognita est, et deuotio. quasi di-
cat . tu qui propitius es fidelibus tuis, et deuotis. scrutans
scilicet corda : et renes. Deus scientiarum : Dominus occultorum .
et omnium perscrutator . et in cuius conspectu nulla crea-
tura inuisibilis est.

Pro quibus tibi offerimus : uel qui tibi offerunt hoc sacrificiū
laudis. }. Quasi dicant sacerdotes. Memento dn̄e nō solū
eorum pro quibus tibi offerimus . sed et͞ sacerdotū tuorum .
Qui tibi hoc sacrificium laudis offerimus . Cum .n. Sacer-
dos pro populo offert . et pro se ipso offert , uel et͞ offerre de-
bet . iux. illud Pauli ubi dicit ad hebreos quinto Cap.
Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus pro ho-
minibus constituitur. in iis, quę sunt ad deum : ut offerat
dona , et sacrificia pro peccatis . Qui condolere possit iis, q
ignorant , et errant . quoniam et ipse circumdatus est in-
firmitate . propterea debet quemadmodū pro populo , ita et͞
et pro semetipso offerre pro peccatis.

Ad Hebr. nono. in secundo tabernaculo semel in anno solus

Pontifex introibat non sine sanguine. quē offerret pro sua, et populi ignorantia.
Leuitici nono cap°. Dixit Dominus ad Aaron. Accede ad altare, et immola pro peccato tuo: offer holocaustū, et deprecare pro te, et pro populo.
Cum aūt dicit Sacerdos: offerimus, uel qui tibi offerunt. Sciendum est. quòd non solum sacerdotes offerunt. sed et uniuersi fideles. nam quod spiritualiter sacerdotum ministerio adimpletur. uniuersaliter uoto agit. fideliū. et ideo dicit offerimus. scilicet actu. uel offerunt scilicet Deuotione.
Sacrificium laudis dicimus. iux illud ubi dr. quicquid facere debetis, omnia in laudem Dei facite. ut Deus laudetur in uobis.
Dicitur insuper sacrificiū laudis. quia illud saluator noster Christus Iesus, gratias agens instituit pro ut infra in sexta parte dicetur.
Dicitur insuper sacrificium laudis. Quia quicquid Deo offerimus, illi quod suum est reddimus, non nostra largimur. unde et ideo dicitur. Si esuriero non dicam tibi

meus est enim orbis terre, et plenitudo eius. ps. 49. Et subdit dicens. immola Deo sacrificium laudis, et redde altissimo uota tua.

Dicitur insuper sacrificium laudis: quia deum laudare debemus. non solum quia misit filium suum, qui passus est pro nobis, sed et quia nobiscum est usque ad consumationem seculi. Iux illud Math. ultimo cap°.

Vel etiam: quia non solum semetipsum pro nobis in pretium dedit. sed et seipsum sub admirabili sacramento Eucharistie in cibum dedit. dicens. Et qui manducat me, Et ipse uiuet propter me. Ioan. sexto cap°.

Cum dicimus pro se. effegesis est: idest expositio illius quod sequitur. scilicet pro redemptione animarum suarum. pro spe salutis, et incolumitatis sue. suisque omnibus. Vz consanguineis, affinibus, familiaribus, uel amicis.

Pro redemptione animarum suarum.] Quasi dicat non pro temporali lucro. uel terrenorum desiderio. sed pro spe salutis, et incolumitatis sue. Hoc est pro salute uel incolumitate impetranda. Spe. n. salui facti sumus.

Pro salute quidem mentis, et corporis incolumitate. utraque

n. est ex

.n. est ex ipso. qui dicitur salus Populi ego sum. . et utraq; sanitas prouenit ex redemptione anime: Hoc est de peccati remissione pro ut è contra. Vz. à peccati reatu utriusque infirmitas. Iux illud Joan. quinto cap. ubi dr. Ecce sanus factus es. iam noli amplius peccare: ne tibi deterius aliqd contingat. ex quibus patet, q infirmitas illa fuerat propter reatum peccati. s. ex. Da pen. et re. cu infirmitas. in principio.

Sciendum insuper est, q tria sunt bona hominis, corporalia scilicet, spiritualia, et eterna. Hoc est infima, media et suprema. Pro quibus Saecerdos dicit se offerre. Pro corporalibus Vz pro incolumitate. pro spiritualibus idest pro redemptione: pro eternis scilicet salute. s. Pro quibus et nos Dominus orare docuit dicens. Cum oratis dicite Pater noster. s. licet et hoc aliter accipi possit. Math. 6. Cap.

Sacrificium offerimus pro eternis, ut dentur nobis in pmiuz pro spiritualibus aut in meritum: pro corporalibus ad adminiculum: et auxilium s. ut reddita sanitate in eccta gratiar actiones referamus.

Tibiq; reddunt uota sua. ? bona dicuntur, que uoluntarie

promittuntur. Voluntarie enim, et non coacte Deo uouemus. Quo circa, et reddere tenemur. melius est enim non uouere, quam post uotum non satisfacere.

De Tertia parte Canonis.

Scriptum habetur in lege ueteri, quod cum Ponifex sancta sanctorum ingrediebatur. Thurribulum plenum uiuis carbonibus Thimiamate fumigante secum portabat. et quia omnia secundũ Apostolum in figura contingebant illis. hoc nobis innuit. quod sicut christus carnis suę Thurribulum omnĩ uirtute plenum tulit ad astra. sic et Sacerdotes ipsius xpi uices gerentes in terris absq; ullo peccato: uel saltem mortali, quisi conscij sint, statim confiteantur. s. Pleni uirtutũ odoribus Fidei, scilicet, spei, et charitatis ad altaris sacrificiũ accedere debent.

Comunicantes igitur, et memoriam uenerantes: quę est tertia pars Canonis. Cirinus Papa addidit. comunicare tñ idem est, quod participare: Angelorũ enim pascuis, et sanctorũ comunicare debemus.

Comunicatur autẽ quatuor modis, in ecclesia. prout in sexta

parit super uerbo: Qui pridie. dicetur.
Memoriam uenerari, idem est, quod memoriá honorabiliter colere. quod scilicet intacta virgo Maria per spũs sancti aduentum sit mater unigeniti filij Dei redemptoris nr̃i facta. Illius inquam, qui uerus Deus est et homo.
Notandum tñ est, quod secreta haec non ab uno tantũ, sed a pluribus habetur, ex eo, quod in ipsa sanctorum cõmemoratio ter repetatur. Licet cuncta ad laudem et gloriá sanctissime et indiuidue Trinitatis.
In secunda quippe cõmemoratione supplentur qui de primis sanctis deesse uidebátur in prima.
In prima, que fit ante consecrationem corporis christi: sanctorum suffragium petimus. Post consecrationẽ uero sanctorũ consortium imploramus. Et hoc ideo quia anteq̃ corpus christi consecretur, quod est uniuersalis eccl̃a, Anteq̃ regnum adueniat, existentibus nobis in uia, necessarium est nobis sanctorum suffragium, et patrocinium, ut scilicet eorũ meritis, et precibus, diuine protectionis muniamur auxilio.
Vbi autem christi corpus consecratum existit. Postq̃ scilicet

regnum aduenerit. f. ita assequamur in prima sanctorum consortium; ut societatem, et partem cum sanctis Apostolis, et martyribus habere mereamur.

In uia comunicamus cum sanctis per fidem. quá illi hic habuerunt, sicut et nos habemus.

In patria per spem. Sciendum tamen hoc est. quód nos in uia fidem habemus et spem: sancti aut spem habent et rem. f. Nos ad Brauium currimus illi aut possident. Nos in uia, illi autem in Patria.

Comunicantes igitur, et memoriam ueneramur Apostolorum, ac martyrum. et spãe gloriose uirginis Dei genitricis Marie. ut scilicet eo patrocinio de fide perducamur ad spem, de stadio ad brauium, de uia ad Patriam.

In primis aut nominatur Beata uirgo. quia ipsa est per cuius clausam portam solus Deus ingressus est, et egressus. uerus Deus, et homo. sacerdos et hostia, et qui oblaturus est. Sedetq ad dexteram patris, et interpellat pro nobis.

Nominantur insuper, et duodecim Apostoli, duodecimque martires. qui omnes tam admirabilis sacrificij testes fuerunt Passionis Christi: uerbo eius, et sanguinis effusionis

testimonium perhibentis.

In hac cõmemoratione illud ecclesia nostra agere uidetur. qđ et in ueteri testamento agebatur: s. Moyses nanq exodi xxxii cap°. Postq̃ filii Israel manducauerunt et biberũt, et surrexerunt ludere: ne disperderet eos dñs. Ad deũ Israel orabat dicens. Cur domine irrascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Egypti: in fortitudine magna: et in manu robusta. Ne queso dicant egyptii callide eduxit eos, ut interficeret in montibus: et deleret eos de terra. quiescat ira tua; et esto placabilis super nequitia populi tui: Recordare Abraham et Isaach, et Israel seruoꝝ tuoꝝ. quibus per temetipsum iurasti dicens.

Azarias aũt Danielis tertio cap°. ad Dominum orabat dicens. Ne quesumus tradas nos in perpetuũ propter nomẽ tuum: et ne dissipes testamentũ tuum, neq auferas misericordiam tuam a nobis. propter Abraham dilectũ tuum. Isaach seruum tuum; et Israel sanctum tuum.

Quia igitur extra ecclesiam non habetur locus unitatis sacrificium offerendi. ideo in sacrificio ipso sanctoꝝ memorie comunicamus. quatenus scilicet in comunione sanctoꝝ

sacrificium offeramus. Sicut unus .n. panis ex multis granis, et unum corpus ex multis membris. sic et ex multis fidelibus una constat ecclesia.

Unde et ideo dr Exodi. 29. capo. Arietem aut consecrationis tolles: et coques carnes eius in loco sancto. quibus uescetur Aaron, et filij eius. Panes quoq; qui sunt in canistro in uestibulo tabernaculi testimonij comedent: ut sit placabile sacrificium. et sanctificentur offerentium manus. Alienigena non uescetur ex eis, quia sancti sunt.

Exodi insuper xij cap. dr. decima die mensis huius tollat unusquisq; agnum per familias: et domos suas. sin aut minor est numerus, ut sufficere possit ad uescendu agnum. assumet uicinum, qui coniunctus est domui sue eius iux numerum animar; que sufficere possint ad esum agni. non alienigena, sed domesticum fidei. cum non sit locus ex ecclesiam sacrificium offerendi.

Queritur tamen in hoc loco: cum sancta Romana ecca inter sanctos omnes eximie, et magna deuotione sanctor; confessor; memoria ueneretur. Cur in canone non fit de eis commemoratio? Ad quod respondetur, quod cano

prius editus fuit quam sanctorum confessorum memoria eccla celebraret.

Sancti .n. omnes, qui in canone comemorantur precesserunt Sylvestrum. Preter Joannem, et Paulum, et Marcellinum, et petrum qui prox. successerunt. Eccla autem post Silvestrum sanctorum confessorum memoria celebrare cepit, et venerari.

Potest insuper dici. quod in Canone ideo solum de Apostolis, et martiribus mentio fit. quia, cum sacramentum hoc, sit sacramentum amoris. in ipsius sacramenti misterio de iis precipue memoria fieri debet. in quibus signum veri amoris apparuit.

Signum veri amoris in apostolis apparuit. per temporalium abiectionem et contemptum. In martyribus per eorum tormenta.

De Apostolis dicitur Math. xix. Ecce nos relinquimus omnia. et secuti sumus te.

De Martyribus dr Sap. iii cap. et si coram hominibus tormenta passi sunt. spes illorum immortalitate plena est. in paucis vexati in multis bene disponentur. quoniam deus tentavit eos, et invenit illos dignos se.

Ambrosius autem. sicut socii passionum estis, ita et resur:

rectionis eritis, si tolerabimus inquit, et conregnabimus. Qui enim tolerauerunt mala propter Christum debent habere gloriam cum xpo.

Rursus, et hoc ideo non fit memoria confessor. quia illi nō sunt passi sicut christus. cuius hoc est memoriale sacramentum. s. uel et sicut sunt passi ipsi sancti martyres. Quamuis martyrium non sustineat solum sanguinis effusione, sed et peccator abstinentia.

Terminatur haec particula per eundem dominū nostrū. s. sicut. n. per filium facta sunt omnia. ita et per ipsum omnia sunt reparata, et terminata.

Secundum quasdam hic non debet responderi Amen. neque usque ad fractionem hostie. Et hoc ideo. quia angelorum chorus tanto ministerio assistens. respondet. Amen.

O magnum mysterium, et inestimabile sacramentū. solaque uera, atque unica sacerdotalis dignitas. cui et ipsi angeli seruiunt.

De quarta parte Canonis.

Hanc igitur oblationem] in ueteri lege pontifex orans

fumo Thymiamatis obumbrabatur; et tegebat, ne pateret alicui dum incensum cremaret. Vnde et xpi saluator noster dum patrem interpellat pro nobis angelorum pertransit intuitum: quia intelligi non potest. quantum presentia sumpte carnis impetret apud patrem pro nobis.

Vnde et ideo possumus dicere, quod sacerdotes domini xpi uices gerentes in terris quodamodo teguntur, et latent.

Quia nec cogitari, nec narari potest quanta uirtus, et potentia sit in uerbis eorum, et hoc mysterio quod et hominibus, et angelorum latet.

Sequitur autem seruitutis nostrae, idest meae. et cunctorum qui tibi scilicet seruiunt, et famulantur.

Super quibus animaduertendum est. quod due sunt seruitutis spetiee. Altera, que soli creatori debetur, que dicitur latria. Altera que creaturis impenditur. s. que dicitur Dulia. quas dominus determinat dicens. Reddite que sunt Cesaris Cesari. que sunt Dei Deo. Math. 22. cap°.

Quare et ideo dicitur Latria fit Domino. debetur Dulia seruo. Ad corpus xpi fertur perdulia ferri.

Latria ergo est seruitium, siue cultus soli Deo debitus, que

debemus super omnia venereri. Et ad hanc pertinent. Templa, et altaria, Sacerdotia, sacrificia, festiuitates, Cerimoniæ, et huiusmodi. Quæ soli Deo sunt exhibenda. iuxta illud ubi dicitur. Dominum deum tuum adorabis, et illi soli seruies. Hoc est soli deo adorationis seruitutem impendere. Mathei Tertio Cap°.

Non enim sanctis, et angelis ad honorem Dei, sed potius Deo ad honorem sanctorum, et Angelorum dedicantur templa, altaria consecrantur, et sacrificia offeruntur.

Diesq; nostros } super quibus animaduertendum est. q. Leo Papa. infra actionem. Hanc igitur oblationem. usq; ad illum locum ubi dr. Placatus accipias, Adiunxit. Gregorius uero Tres addidisse petitiones dicitur. vz. Diesq; nostros in tua pace disponas. per eum, vz, qui pro nobis traditus est in manus eorum, qui pacem oderunt. Secunda aut ab æterna damnatione nos eripi. per eum. s. qui pro nobis temporali damnatus est morte. Tertia vero. et in electorum tuorum iubeas grege numerari: per eum qui pro nobis cum iniquis damnatus est. Esai. 53 cap°.

In tua pace } hinc animaduertendum est. quid sibi uelit,

hoc dictum: et intelligendum sit in tua pace? cum sit pax peccatorum. Pax iustorum. que dicitur Pax pectoris. siue spiritualis. Pax temporalis: et pax eternitatis.

De pace peccatorum dicitur. Zelaui super iniquos pacem peccatorum uidens. Psal. 72.

De pace iustorum fructus spiritus est Charitas. Gaudium. Pax. Patientia etc. et hanc pacem seruator noster xpi Jesus reliquit discipulis suis. Joannis. xiiij. dicens iturus ad Patrem. Pacem pectoris. in presenti relinquo, vobis. s. Pacem uero eternitatis do uobis in futuro. (ad gala. v cap.)

De Pace temporis. dicit. ps. septuagesimo primo. Orietur in diebus eius iustitia, et abundantia pacis.

De pace aute eternitatis. habetur ut s. que proprie dicitur eterna. non autem mundana, que breuis, et leuis est: et incerta iuxta illud ad Thesalonicenses quinto capitulo vbi dicitur. Cum enim dixerint Pax, et securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus: sicut dolor in utero habentis, et non effugient.

Pro hac triplici pace ter oramus in missa, et primo in hac oratione. quando dicimus. Diesque nostros in tua pace disponas.

Secundo in oratione, libera nos: Quando dicimus Da propitius pacem in diebus nostris. ¶ Tertio dicto, Pax dni. Quando scilicet dicimus Da nobis pacem. Hoc est: ut de pace temporis, per pacem pectoris transeamus ad pacem eternitatis.

Ob hoc etiam Sacerdos ter altare osculatur. uz. in principio canonis. Ubi dicitur. Uti accepta habeas. ¶ Cum dicit. Supplices te rogamus. ¶ Tertio dicta oratione. Domine Jesu christe, qui dixisti apostolis tuis.

Circa tamen oscula altaris considerandu est: quod sacerdos tribus temporibus ea facit. iux. tria, quibus in Sacrificio misse indiget. et ab eo in altari agenda sunt. ¶

Primum igitur ante oblationem calicis et hostie, altare osculatur ante introitum misse dicens. Oramus te dne per merita sanctorum tuoru. Secundo ad primam populi salutationem. } . tertio dicto euangelio. que oscula facit. ut ad sacrificium offerendum dignus inueniatur.

Post oblationem ut supra, altare osculatur; priusq comunicet. dicturus .s. orate fratres. ¶. Uti accepta habeas in principio canonis. cum dicit. ex hac altaris partici-

patione. et finita oratione. Domine Jesu christe. qui dixisti apostolis tuis.] Et hoc ideo agit. ut ad tantum sacramentum dignus accedat. et ad salutem animę, et corporis. Corpus, et sanguinem Dñi manducet et bibat.

Cætera facit dicturus Dominus uobiscũ. Ante post comunionem: et Placeat tibi sancta Trinitas. Ut scilicet dignus inueniatur ad deo gratias agendũ de perceptis muneribus.

De quinta parte Canonis.

Quam oblationem.] Hæc est quinta pars canonis, qua sacerdos ad dominici corporis consecrationem se prę-parat dicens. Quam oblationem. idest terrenã materiã ad corporis filij tui ꝑparatam. Tu deus. quęsumus in omnibus, idest tota cognitione, tota mente, et toto intellectu digneris benedictam facere.

Anteaq̃ aũt ad ea, quę secuntur procedamus. sciendum nobis est: quòd unus ex discipulis Jesu. qui dicitur Judas indignatus cum fur esset et latro. quòd fracto alabastro unguenti nardi spicati in domo Simonis leprosi.

Mulier illa effuderit unguentum illud super caput Jesu re=
cumbentis. Dixit ut quid perditio hæc facta est? Poterat
enim unguentum istud uenundari plusq̃ trecentis dena=
riis, et dari pauperibus. Marci. xiiij. feria quarta. Vni=
genitum filium Dei: et Seruatorem nostrũ christũ Jesum,
vendidit Judeis triginta argenteis. qui secundum aliquos
ascendebant ad sũmam p̃missoꝝ denarioꝝ trecentoꝝ. de
quibus locutus est iudas. licet ad eum de egenis non perti=
neret. quilibet. n. argenteus ipsoꝝ decem vsualibus ualebat.
Si dicimus aũt. quod quilibet argenteus esset usualis. et nõ eo
modo quo ĩ dicemus, quod Judas Jesum vendidit tanquam
uile mancipium. cum triginta argentei usuales: sit decima
pars trecentorum denarioꝝ.
Vnde merito per prophetam conqueritur dicens. Appenderat
mercedem meam triginta Argenteos: p̃cium p̃ciati: quo
appreciatus sum ab eis. / Quare, et ideo Sacerdos tres
cruces comuniter facit hic, super oblatam, et calicem di=
cens. Benedictam: ascriptam: ratam. } Trecenta pariter
et triginta multiplicationem à trinario numero suscipiunt.
Venditionem autem, et emptionem sigillatim ostendens.

Duas cruces imprimit. Alteram super oblatam, alteram uero super calicem. Cum scilicet dicit, ut nobis corpus, et sanguis fiat.

Quasi dicens. Benditio illa facta per Judam, maledicta fuerat: proscripta, iniqua, irrita, et detestabilis. sed tamen tu deus omnipotens. digneris queso: oblationē hanc Benedictam facere, ascriptam, ratam, rationabilem, et acceptabilem.

Judas dilexit maledictionem, et uenit ei, noluit benedictionem, et elongata est ab eo. Veruntamen tu deus oblationem hanc digneris benedictam facere per quam nos in cælestibus benedicas.

Judas deletus est é libro uiuentium, ut cum iustis nō scribatur. sed tu deus digneris oblationem hanc ascriptam facere: per quam nos inter electos tuos ascribas.

Judas laqueo se suspendit: et episcopatum eius accepit alter. sed tu deus dignare oblationem hanc. ratam facere: per quam ratum sit nostrę salutis promissum. Vel ratam: quo ad in omnibus bonis confirmationem. né sicut Chaim offeramus. Qui non Deo, sed diabolo sacrificiū obtulit.

Vel etiam alio modo accipi potest. Judas scilicet extitit condemnatus, et oratio eius fuit in peccatum. Sed tu deus oblationem hanc digneris rationabilem facere. idest ratione plenam. per quam rationabile fiat nostrę seruitutis obsequium.

Judas insuper malum pro bono reddidit: et odium pro dilectione. sed tu deus oblationem hanc acceptabilem facere digneris. per quam nos tibi reddas acceptos.

Alio autem modo. comuniter fiant tres cruces super oblatam et calicem. Quia comuniter christus tria egit circa panem et vinum. Accepit videlicet, Benedixit, ac dedit.

Postmodum specialiter crucem vnā super oblatā. quia dixit comedite hoc est corpus meum. s. Alteram uero super calicem. quia dixit. Bibite. hic est sanguis meus. et secundum hunc sensum recte subiungitur. Qui pridie quàm pateretur.

Tertio modo fiunt tres cruces super oblatam, et calicem. Quia Judas proditor Christum tribus vendidit. Sacerdotibus scilicet, scribis, et pharisęis.

Duę uero cruces. significant venditorē, et uenditū, uel tradentem et

dentem et traditum.

Quarto uero modo. tres primę cruces innuunt. Id quod factú est esse ex uirtute crucifixi. Vel significant tres dies quibus christus p̄dicauit post dominicá in ramis palmar̄. Vel triduum sepulturę eius. Vel etiam manus. pedes. et latus eius.] Reliquę uero duę. Diuinam et humaná naturam. Vel et quód christus in anima et corpore passus sit.] et de his hactenus.

De sexta parte Canonis.

Qui pridie quam pateretur.] Alexander primus uerba haec addidit. Quod aūt hic agitur. illud nobis exprimit. quod in cena xp̄s gessit. et est sensus. Die una priusq̄ ad crucifigendum. et tanq̄ ouis. uel agnus coram tondente. ad occisionem duceretur. Eximię charitatis eius doná ostendendo. et corporis. et sanguinis sui admirabile mysterium discipulis suis tradere uoluit. Dicens. Accipite.] Et ut ipsi illud nobis frequentandú traderent. subiunxit. Hec quotiescunq; feceritis.]

Super quibus animaduertendum est. quód sicut mana. datú

fuit hebreis. post transitum maris Rubri: sumersis Egyptijs una cum curribus, et equitibus eorum. Pari modo. et Eucharistiam datur. renatis per aquam, et spiritum sanctum: per quam fit remissio omnium peccatorum. ut scilicet in bono confirmentur.

Sicut enim mana per uiam huius solitudinis populum israel. ad terram promissionis, tamquam corporalis cibus perduxit. Sic et Eucharistia tamquam spiritualis cibus animae. per incolatum presentis uitae. ad patriam paradisi perducit. Sacramentum autem hoc dicitur Eucharistia, et Viaticum. quasi reficiens in uia: sicuti enim filijs israel a transitu maris rubri, donec ad terram promissionis uenirent manna non defuit. Pari modo renatis per baptismum rubicatum, et sanctificatum sanguine Christi: non deficiet Eucharistia in uia: Cum enim in Patria erunt non sub specie: sed facie ad faciem Deum uidebunt.

Sequitur accepit Panem. Melchisedech primus panem et Vinum obtulit. erat enim sacerdos Dei altissimi. Quo circa de summo sacerdote et hostia. hoc est Christo Jesu saluatore nostro. Dauid in spiritu dixit. tu es Sa-

cerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Ex quibus clare liquet. quod sacrificium euangelicum precessit legale. Unde non ab re. Christus panem et uinum in uerum sacrificium corporis et sanguinis sui instituit. Ut scilicet in sumptione corporis et sanguinis eius perfecta refectio appareat. Sicut enim pre ceteris cibis omnibus corporalibus. Panis cor hominis confirmat: et uinum illud letificat. ita corpus et sanguis xpi sub tegumento rerum uisibilium pre ceteris omnibus spiritualibus cibis interiorem hominem reficiunt, et satiat.

Panis autem de frumento esse debet. et uinum de uite. utriusque enim eorum se Dominus comparat dicens. Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit. Joan. xij. cap.o Decimo aut quinto. Ego sum uitis uera.

Non racemus tamen uue, nec granum frumenti debet offeri. nisi expressum in uinum: et redactum in panem. de cons: dis. secunda. cum omne.

Nec in pane, siue hostia ipsa sal poni debet. licet dicat. Quicquid obtuleris sacrificii sale condiatur. Alibi uero. non auferes sal federis domini dei tui, de sacrificio tuo.

nec non in omni oblatione tua: sal offeres. ſ. In euangelio aut. omnis uictima sale condietur. Sale: u3: diſcretionis. non autem sale materiali.

Panis quoq; non fermentatus: sed azimus offeri debet: tum ratione facti. tum et ratione mysterij: prout clare liquet in libro exodi. ſ. et ex eo patiſsimum: quod cum christus sacramentum hoc instituit in domibus hebreor. panis fermentatus non inueniebatur. Unde et ideo apoſtolus ad Corinthios cap.o 5.o scribit dicens: itaq; non epulemur in fermento ueteri; neq; in fermento malitie. sed in azimis sinceritatis, et ueritatis.

Quantum aut ad uerba illa: scilicet, et eleuatis oculis usq; diſcipulis suis: et mysterium fidei. forma iſtam uerborum. Apoſtolos ab ipso chriſto accepiſſe credimus. Ecclesiam uero ab apoſtolis ipsis: iux illud ex.o de cel. miſſarum. cum Marte.

Animaduertendum tamen eſt, quod ab ipsis euangeliſtis. quedam, et perplura omittuntur. que ab alio dicuntur, et supplentur. et hoc habetur ubi dicitur: per tres earu. Hoc eſt corpus meum. lucas addit: quod pro uobis tradet.

et Mathus et Marcus dicant pro multis: lucas dicit pro nobis. Matheus autem addidit. in remissionem peccatorum.

Sequitur gratias agens } Unde merito sacrificium hoc dicitur sacrificium laudis. Christus enim gratias agens illud instituit: non pro se: sed pro nobis. Hoc est. omnium futura reparatione }

Benedixit } Benedictione scilicet celesti: et uirtute uerbi: qua conuertitur panis in substantiam corporis christi: cum scilicet dicitur: Hoc est corpus meum.

Quia igitur christus accepit panem et calicem in sanctas ac uenerabiles manus suas: et utrunque benedixit. Ideo Sacerdos christi exemplo panem et calicem in manus accipiens. utrunque per se crucis signaculo benedicit. Que due cruces innuunt tempus cene. et tempus gratie: in qua duo parietes in angulari lapide coniunguntur. Uel quod Gigas gemine substantie crucifigitur.

Cum autem ad prolationem uerborum ibi ubi dicitur. Hoc est corpus meum. et hic est sanguis meus. sacerdos conficiat. habet de cons. dis. secunda. nam et christus eadem uerba dicendo confecit.

Quod autem prius fregerit quàm consecrarit. / hic ptereundu esse duco. / cur ecclesia aliter agat. / nec quod prius benedixerit, q̄ fregerit.

Non. n. credibile est. q prius dederit q̄ consecrarit.

Christus uirtute propria benedixit. / Sacerdotes uero uirtute uerborum illius. / Cum. n. Sacerdos uerba illa xp̄i pronunciat. Dicens scilicet. hoc est ꝯ et hic est sanguis ꝯ Panis in carnem, et uinum in sanguiné conuertuntur. / Illa uerbi uirtute, qua uerbum caro factum est: et habitauit in nobis. / ipse. n. dixit: et facta sunt: ipse mandauit; et creata sunt: / uirtute et illa, qua feminá in statuam mutauit. / Virgam in colubrum. / Fontes aquaꝝ in sanguinem. / Aquam in uinum. transubstantiat ꝯ carne. diuina. ᵭ.

Ad prolationem uerboꝝ premissoꝝ. Panis diuinitus materialis huius sacrificij substantia. est uerbum. quod accedens ad elementum. perficit sacramentum. sicut uerbú carni unitum. efficit hominem christum. /

Sequitur fregit. / ut alia pmissa in hac parte ob breuitatis causá omittamus. / Augustinus inquit de cons. dis. 2ᵃ. Quando xp̄s manducatur. reficit non deficit. nec quando

manducamus de illo partem facimus. ſ.

Super aũt illud ubi dr̃. et dedit. a nonnullis admodum curiosis, queri solet quale corpus dederit in cena. Mortale, uel immortale. passibile, aut in impassibile. et cetera permulta. que ad hanc questionem pertinent. ſ. quamuis in simplicitate fidei sufficiat dicere, quod ita dederit, prout uoluerit, et quale dederit ipse nouit.

Dicitur aũt discipulis suis. super hoc lis agitur et queritur utrum et iudas. cum christus esset iudeis traditurus. de tam admirabili sacramento participarit. ſ. Cum diuerse sint non solum ad presens, sed et ipsorum euangelistarum openiones.

Lucas. n. uult Judam una cum alijs tanto sacramento interfuisse. dicens. eius. xxiij. cap°. Hic est calix noui testamenti in sanguine meo, qui pro uobis effundetur. Uerumtamen ecce manus tradentis me mecum est in mẽsa. ſ. Unde omnes qui interfuerunt. ſ. eucharistiã acceperunt secundum hoc.

Jux͠ illud insuper secundum Marcũ xiiij cap°. ubi dr̃. et accepto calice. gratias agens dedit eis. et Biberunt ex illo oẽs. ſ.

quod et Dominus preceperat. Math. xxvi. cap.° Dicens Bibite ex hoc omnes.

Quod et contra per ipsos euangelistas probatur. et Maxime secundum Matheū ubi supra. ubi dicit & Jesus. bibentibus calicem dixit. Dico aūt uobis. Non bibam amodo de hoc gēmine uitis. usq; in diem illum: cum illud bibam uobiscum nouum in regno patris mei.

Judas ergo non aderat: quia cum eo non erat bibiturus in regno. quod et Joannes ostendit dicens. quod cum Judas accepisset Bucellam continuo exiuit: et nox erat. secundum aūt Lucam ubi supra: post cibos omnis sacramentum hoc instituit; et apostolis tradidit. Dicitur enī. similiter et calicem postq̄ cenauit. quibus patet. quod Judas prius exierit, q̄ christus Eucharistiam traderet: et tā admirabile sacramentū instituerit.

Concesso tamen; q Judas eucharistiam acceperit, quod et aperte negatur: juxta illud ubi dr̄ in constitutionibus apostolorꝝ libro quinto. cap.° xvi. Cum uero Antitypa mysteria preciosi corporis et sanguinis sui nobis tradidisset. quibus nō aderat. unā nobiscum Judas. Exijt ad montem oliuarꝝ,

prope torrentem cedron.

Queritur cur salutaris medicus, medicinam dedit egroto, quam ei mortiferam esse sciebat. Iuxta illud Pauli ad Corinthios xi. cap.º ubi dicitur. Qui manducat, et bibit indigne: iudicium sibi manducat et bibit.

Ad quod respondere possumus. quod hoc ideo Christus Saluator noster egit. Ut suo nos doceret exemplo. Illis sacram Synaxim non negare, quorum crimina nobis tantummodo manifesta sunt. ne forte proditores, et non correctores haberemur. Dicitur in de cons. dis. secunda non prohibeat.

Non prohibeat dispensator. idest Sacerdos pingues terre. hoc est peccatores mensam Domini. idest corpus Domini et sanguinem christi manducare: sed moneat exactorem timere.

Sequitur accipite et manducate. super quibus animaduertendum est. quod nullus unquam credere potuisset. quod Panis in carnem, et uinum in sanguinem conuerti potuisset. nisi saluator ipse, qui panem et uinum ex inuisibilibus creauit hoc dixisset. In sacramento igitur altaris uoluit per nos panem et uinum offerri, et ab ipso diuinitus con:

secrari. ut fidelis populus credat uerum esse Mysterium. quod ipsemet discipulis suis tradidit dicens. Hoc est corpus.

Quod autem ad prolationem premissorum uerborum. panis mutetur in corpus. s. et ad illud ubi dicitur. Hic est sanguinis meus. s. uinum mutetur in sanguinem. habetur de cons. dis. secunda. Panis est. s. quod autem prius proferantur uerba ista quam illa. uidetur quod panis prius mutetur in corpus quam uinum in sanguinem. Et per consequens uidetur. quod corpus est sine sanguine. et sanguis sine corpore. } Et ideo dicitur a nonnullis nolentes, uel uolentes ipsius conuersionis determinare momentum. quod cum totum dictum est, totum est factum } Secundum autem alios dicitur. quod licet ad prolationem precedentium uerborum. Panis antea mutetur in corpus: et ad sequentium uinum in sanguinem. numquam tamen corpus est sine sanguine. neque sanguis sine corpore. De cons. dis. secunda. Comperimus.

His dictis Sacerdos corpus xpi elleuat. ut scilicet cuncti astantes. Illud adorent; et ab eo, quod ad salutem pertinet petant. uel et ad denotandum quod nullum sacrificium est illo dignius. imo est super omnes hostias.

Exaltatio insuper. Eucharistię per manus sacerdotū significat uerum panem. per prophetas in scripturis exaltatum. cuius scilicet incarnationem prophetizantes. uel eius ēt resurrectionem.

De septima Particula Canonis

Simili modo. ʒ. licet sub utraqꝫ spetie utrumqꝫ sumatur. Corpus scilicet, et sanguis: utraqꝫ tamen spetiès consecratur; et neutra superfluit. pro ut habetur de cons. Dis. secunda. Comperimus. Et hoc ideo agitur. quod xp̄s humanam naturam assumpsit. corpus scilicet et animam. ut totum hominem redimeret. Panis ad carnēꝫ refert. uinum ad sanguinem in quo est sedes animę. xxiij. q. secunda. Moyses.

Postq̄ꝫ cenatum est. ʒ. Decima quarta luna primi mensis. ad uesperam xp̄s secundum legem. Typicum Pascha cum apostolis celebrauit: de quo cum dixisset. Lucę 22°. cap°. Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscum anteq̄ꝫ patiar. quasi diceret. ut ueteri Pasce finem imponam. et noui pascatis sacramentū substitueret.

Accipiens igitur christus yhs Saluator noster panem benedixit, ac fregit, deditq discipulis suis dicens. Accipite et comedite Hoc est. Similiter et calicem postq cenauit dicés Accipite, et bibite. hoc facite in meam commemorationē. Quibus uerbis, et institutione formati iugiter. per mysteriū celebramus. quod semel in pcium offerebatur. Nā ubi ueritas uenit, figura cessauit.

Christus post cenam corpus, et sanguinē suū apostolis dedit. ut tantum sacramentum. velut ultimum ipsius testatoris mandatum. artius memorie comendaretur. De cons. Dis. 2a. liquido. §. Unde nouissimū condens testamentū heredibus dixit. Vos estis qui permansistis mecum in temptationibus meis. Et ego dispono uobis regnum, sicut pater meus disposuit mihi. ut edatis, et bibatis super mensā meā in regno meo. Luce xxij cap°.

Sequitur et hunc preclarum calicem. Hic ponitur continens pro contento. Unus enim. et idem. et tunc. et nunc, et hic, et alibi ab omnibus sacrificatur. Totus in coelo. totus in altari, et sedet ad dexteram patris, et manet sub specie sacramenti.

Eleuato calice, sacerdos illum deponens non deserit ad denotandum, quòd apostolorum quilibet. Sic calicem accepit, quod unicuique Dominus ministrauit.

Subdit aũt noui et eterni testamenti. scilicet confirmatio. Noui dicit. quia nos innouat per fidem xpi. eterni aũt. quia lex noua non est transitoria, ueluti antiqua. Ex° De cel. miss. Cap°. Marthe.

Testamentum uetus. quod hicoꝝ, et uituloꝝ fuit sanguine dedicatum. homini bona temporalia, et transitoria promittebat. Nouum uero xpi sanguine consacratũ promittit eterna.

Animaduertendum est insuper, quod duo precipue sacramenta ecclesie de christi latere fluxerunt. Sacramentũ scilicet Redemptionis in sanguine: et sacramentũ regenerationis in aqua.

Sequitur. Mysterium fidei. Quod ideo dicitur mysteriũ fidei. Quia aliud uidetur, et aliud intelligitur. Credere igitur debemus, non aũt discutere. Fides. n. non est nisi de ocultis, et fides non habet meritum, ubi humana ratio pbet experimentum. Gregorius. aut de cons. dis. 2°.

quid sit ad fidem. dicit. quòd ideo dicitur mysterium fidei. Quia credere debemus. quòd ibi salus nostra consistit. uel qa sine fide non sit hoc sacramentú. Idest sine ea plenè intelligi non potest.

Dicitur autem mysterium. quia secretam, et reconditam habeat dispensationem. i. q. i. Multi.

Mysterium graece. Latine secretum. s.

Animaduertendum tamen est, quòd in sacramento altaris tria sunt. Vz forma uisibilis. s. ueritas corporis. et uirtus spiritualis. De cons. Dis. secunda Corpus. s. Forma panis, et uini. ueritas carnis, et sanguinis. uirtus Charitatis, et unitatis.

Primum oculo cernitur. secundum animo creditur. tertiú corde percipitur.

Primum est sacramentú et non res. secundú est sacramentú et res. Tertium uero res, et non sacramentum.

Primum aút est sacramentú geminae rei. tertium est res gemini sacramenti. secundum aút est sacramentú unius, et res alterius.

Nam forma panis. utranq. christi carné significat: hoc est ueram et mysticam. ueram scilicet carnem continet. et

Mysticam uero significat. sed non continet. }

Sicut enim unus Panis ex multis granis conficitur. et uinū ex diuersis et multis racemis confluit. s. Sic ex multis mēbris christi corpus componitur. s. Et unitas Eucharistię ex diuersis personis consistit. scilicet prędestinatis. uocatis. iustificatis, et glorificatis. nam quos Deus prędestinauit. Hos et uocauit. quos uocauit, et iustificauit. Unde Apostolus. Unus Panis. et unum corpus multi sumus.

Patet ergo quod substantia corporis, et sanguinis christi est sacramentum et res. sed alterius sacramenti est res. et alterius rei est sacramentū.

Est enim res primi, ~~quia figuratur et continetur~~ a primo. vz. á forma uisibili. } et est sacramentū tertij. quia significat, et efficit tertium. hoc est ecclesiasticam unitatem.

Dicitur igitur hoc mysteriū fidei. Aliud enim ibi cernitur, et aliud continetur. Cernitur. n. species panis, et uini: et creditur ueritas carnis, et sanguinis.

Quod aūt hic dicitur Mysterium fidei. s. Alibi dicit Xp̄s, et uita. spiritus. n. est. mysterium secundum illud ubi dicit. Litera occidit. spiritus autem uiuificat. s. Fides

est uita. secundum illud. Iustus ex fide uiuit.

Sacramentum insuper dicitur. Actiue, et passiue. quasi sacrum signans. vel sacrum signatum. Nam nomine sacramenti: quandoq; signum rei quandoq; res accipitur p signo rei.

Sacramentum dicitur à Sacro, et signum. quasi sacrũ signum. sed secundum q sacramentũ accipitur pro re signi.

Sacramentum insuper dicitur à Sacro, et secretum, quasi sacrum secretum.

Species ergo panis dicitur actiue sacramentũ: Hoc est sacrum signum. Vnitas aũt ecclesię. dicitur sacramentũ passiue. idest sacrum signatum.

Corpus uero Christi. Vtroq; modo dicit. sacramentũ. hoc est sacrum signans, et sacrum signatum.

Sacramentum aũt consistit in tribus. in rebus scilicet, factis, et uerbis. secundum proprietatem: similitudinẽ, et interpretationem.

Sequitur qui pro uobis, et pro multis effundetur in remissionẽ peccatorum. Vnde pro solis prędestinatis effusus est quantũ ad efficatiam. pro cunctis aũt hominibus quantũ ad sufficiẽtiã.

Effusio. n. sanguinis iusti pro iustis. Tam fuit diues ad precium. ut si uniuersitas

ut si universitas crederet in redemptorem. nullo omnino
uinculo diaboli teneretur. xvi. q. p.a Revertimini.
Peccatum aut ~~debitum~~ duobus modis remittitur. Vz quo=
ad meritam culpę. et hoc per sanguinis fidem. qua iu=
stificamur a culpa. S. et quod debitum penę per sangui=
nis scilicet ptium. quo redempti sumus a poena. Omnes
.n. quasi oues oues erravimus unusquisque in uiam suā de=
clinauit: et Dominus posuit in eo iniquitates omniū no=
strorum. Et ideo vulneratus est propter iniquitates nrās.
Attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostrę
super eum; et liuore eius sanati sumus. Vere langores nros
ipse tulit. Esayę. 53.
Quia ergo iustus. iniuste punitus fuit. Iniusti iuste liberati
sunt. Assumpsit .n. penam pro omnibus. ut universis sē=
per daret gratiam.
Considerandum tamen hoc est. quod licet credentes salvator
noster xp̄s Iesus. semel sua morte liberavit, et redemerit.
Ecclesia tamen nostra quotidie necessario repetit hoc sacra=
mentum ob tres causas.
Primo aut, quia in vinea domini laborantes eo quotidie re=
ficiuntur.

Secundo ut Neophiti propter illud incorporent[ur] christo.

Tertio ut memoria passionis christi: quotidie mentibus fidelium, ad caput suum imitandum instigatur. et quia quotidie eo egemus. et ideo panis quotidianus uocatur.

Quotidianum ergo sacrificium. secundum Paschasium de cons. dis. 2ª. Quod iteratur. est commemoratio non iteratio passionis xpi.

Sequitur subinde. in mei memoriam facietis. Hoc est. in hoc tam admirabili sacramento, quotidie mortis, et passionis xpi memoria renouabitur De cons. Dis. 2ª. corpus.

De octaua parte Canonis.

Vnde scilicet memores. In hac parte Tria sibi proponit ecclesia. Beatam scilicet passionem. ab inferis admirabilem resurrectionem. et gloriosam ascensionem. Quorum primum charitatem. secundum fidem. tertium spem innuit.

Quid enim in nobis magis charitatem accendit. quam illud, quod proprio filio non pepercit Deus. sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Fidem autem in nobis. quid magis confirmat, quam id, quod xps

resurrexit a mortuis. s. In Adam omnes moriebamur. s. In christo autem credentes omnes uiuificamur.

Spem autem. nisi quia Christus ascendens in altum captiuá duxit captiuitatem. dedit dona hominibus.] ut sci-licet ubi ille scit. Ibi sit et minister eius.

Sacerdos igitur hoc representando dicit. tam beatę passio-nis. s. et manus in modum crucis Extendit. ut corpo-ris habitu. extensionem manuum xpi in cruce, repre-sentet. et quia dum Saluator noster orando in agoniam labitur. hoc oculoꝝ: et faciei habitu sacerdos deuote ostēdit.

Dicens aūt. nec non ab inferis resurrectionem]. manus ad se reducens, eas aliquantulam erigit. Iux illud Aba-chuc. Tertio capº. ubi dicitur. Dedit abissus uocē suam. Altitudo manus suas leuauit.] Et hoc ideo agit. quia xps inuictus Leo surrexit a mortuis.

Dicens uero. Sed et in cęlis gloriosę ascensionis eas simili modo erigit. eo quòd christus eleuatis manibus ferebat in coelum.

Cum autem dicetur, et memores.] sic intelligendum est, q nos sacerdotes passionis xpi memores esse profitemur:

et subinde plebem eiusdem passionis memoriã habere testam̃.
Sacerdotes p̃ omnibus aliis tam salutiferę passionis memores esse debent. quia ipsi offerunt. Plebs aũt. quia fide, et xp̃i baptismate sanctificata est.
Polices, et indices, pluribus e causis, et maxime ob reuerentiam sanctissimi corporis xp̃i: non disiungunt nisi in tactu ipsius sanctissimi sacramenti.
Cum autem Sacerdos dicit. Hostiam purã. hostiam sanctam, hostiam immaculatã. Panem sanctũ uitę ęternę, et calicem salutis pepetuę. Per has quinq; cruces. quinque plagas in corpore xp̃i intelligimus.
Offerimus p̃clarę maiestatis tuę de tuis donis. hoc est de segetum frugibus. quantum scilicet ad Panem. qui consacratum existit in carne. s. ac datis idest arborũ frugibus. et hoc quantum ad uinũ. quod in sanguinem consacratũ existit. De his igitur, et illis offerimus Hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatã. hoc est eucharistiã immunem ab omni culpa originali, ueniali, et criminali, s. uel ẽ puram quantum ad cognitionem, puro. Vz. corde, sanctam quantum ad locutionẽ, immaculatã quantum.

ad operationem. quia peccatum non fecit, nec dolus inuen-
tus est in ore eius

Panem sanctum idest sanctificantem. Datorem scilicet uite eterne quantum ad stolam carnis. calicem salutis perpetue. quantum ad stolam anime. Unde et ideo dicitur Joannis. Ego sum panis uiuus qui de celo descendi. si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in eternum.

Aliter etiam possunt uerba premissa accipi. vz. q Christus dicatur hostia pura. quia conceptus est sine peccato. s. Dicatur panis uite eterne, quia est refectio angelorum. s. Calix autem salutis perpetue. quia est refectio hominum.

Vel etiam Hostiam puram. quia Christus oblatus est, ut nos a peccato originali mundaret. Sanctam. quia uulneratus est: et inde sacramenta. habemus. quibus ecclesia sanctificatur: immaculatam, quia mortuus est. ut nos ab eterna morte liberaret. s. Panem uite eterne, quasi dicat. quod sit uiaticum nostrum. Calicem salutis perpetue, scilicet in patria.

Vel etiam aliter cum dicimus. de tuis donis ac datis. Dona sunt in re eterna. Data in opera temporalia. offerimus autem

hostiam puram scilicet corporis. Hostiam sanctam scilicet sanguinem. Hostiam autem immaculatã, quoad utrumq;. vel puram ab alijs separatã. sanctam sanctificatã. immaculatam à maculis emundatã. Hostiam de corde puro. conscientia bona, et fide non ficta.

Sequitur. supra quę propitio, ac sereno uultu respicere digneris. iux illud Psal. 66. vbi dicitur. Deus misereatur nri et benedicat nobis, illuminet uultũ suum super nos et misereatur nostri.

Sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel; super hoc ẽn animaduertendum est; quod tamen nõ exprimit. s. Acceptum quippè Deo fuit sacrificiũ Abel. Abraam. et Melchisedech. verumtamen ~~figura. Respexit deus ad~~ apud deum magis ualet res quàm umbra, ueritas q; figura. Respexit deus ad Abel, et munera eius. ad Cain autem et munera eius non respexit. 24. q. V. Scriptum. s. Prius respexit ad Abel: et postea ad munera eius. quia non offerens à muneribus, sed munera ab offerente placuerunt. Abraam. se totum ante munera eius, sicuti et Abel offerebat altissimo. et propterea cum sua ducerent offerenda, placidas hostias offe=

Quod sicut aduerbium hoc similitudinis innuit. Cui [illegible]

-rebant. quod liquido apparet ubi dr. Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaach, et offer illum in holocaustum super unum montium, quem dixero tibi. Melchisedech mysticum panis, et uini obtulit sacrificium. erat. n. sacerdos Dei altissimi] Cur aut patres isti pre ceteris omnibus ad huius tanti sacramenti ueritatem cognoscendā nominentur. Clare liquet. per munus Abel offerentis de primogenitis gregis sui. Christum primogenitum esse in cunctis fratribus. maliciose occisus a populo hebreorum. non secus ac ille inuidiose a fratre. iux illud Apoc. ubi dr. Ipse est enim agnus occisus ab origine mundi. Per sacrificium autem Abraam dilectum, et unicum filium offerentis. quid nobis nisi passio xpi designatur. Teste Apos. qui dicit. proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quia inquit. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. [Oblatio aut Melchisedech. tam proprie euangelicū sacrificiū demonstrauit. ut inde dictum sit. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech Mathei xvii

Abel dicitur puer non tam a pueritia. quam a puritate. iux

illud ubi dr. Ecce puer meus dilectus, quem elegi posui super eum spiritum meum.

Abraam dicitur Patriarcha, non tam israelitice plebis q̃ totius populi christiani. et ideo Abraam. quasi pater multarum gentium uocatus fuit. non aũt Abram. ſ.

Melchisedech dr rex iustitię. Rex Salem. idest pacis. iuxta illud ubi dicitur. Orietur in diebus illis iustitia, et abundantia pacis, donec auferat. luna. ſ.

In hac parte Canonis. Sanctum sacrificium immaculatã hostiã. Leo Papa primus addidit.

De nona Particula Canonis.

Supplices te rogamus ⁊ in hac. Sacerdotis inclinatione intelligimus emissionem spiritus xp̃i: Inclinato. n. capite tradidit spiritum. Joan. 18. Cum aũt dicit. Ut quot quot. ex altaris participatione ⁊ altare semel tm̃ osculat. per quod intelligimus osculum Iudę. qui postq̃ dominus ab oratione surrexit, osculatus est eum.

Per illas uero tres cruces, quas facit dicendo. Sacro sancta filij tui corpus. Sudorem corporis xp̃i intelligimus. Cum autem

dicit, et sanguinem sumpserimus. per hoc accipimus. guttas sanguinis eius in terram decurrentis. Cum aut Sacerdos semetipsum signat dicens omni benedictione. Intelligimus. Quod et saluator noster christus Jesus in faciem suá procidit dicens. Pater si possibile est transfer á me calicem istum. Math. 26.

CRux et que fit super corpus. Vincula quibus corpus Jesu ligatum fuit exprimit. Que super calicem flagella quibus cesus fuit. et sanguis eductus. per tertiam uero sputú in faciem eius. s. Vel et prima crux christi martiriú. que sup calicem, sanctor passiones et tormenta. Vel et due prime cruces innuunt. quod xps Jesus pro duobus populis passus sit. gentili scilicet, et hebreo. Que aut fit in facie. quod xps in corpore passus sit.

Cum aut Sacerdos dicit. Supplices te rogamus. humiliat se ad denotandum, quod orationis humilitas digna est exaudiri. ex fide scilicet procedens. fide dico. per dilectionem operante, que per manus accipitur.

Jube hæc perferri. Verba hæc tante sunt profunditatis, ut uix ea intellectus humanus capiat. Vnde Grego. de Cons.

Dis. 2. Quid sit sanguis. et in fine dialogi. tanti sacramenti interpres. de illis tanq̃ de Re inefabili. pene ineffabiliter loquens. Quis fidelium inquit dubitare potest. in ipsa immolationis hora. ad sacerdotis uocem coelos non aperiri. In illo Jesu xp̄i mysterio angelorum choros non adesse. summis ima sociari. terrena cœlestibus iungi. unũq̃ ex inuisibilibus, et uisibilibus fieri.

Altera p̄ceptoris mei expositio Super Premissa uerba.

Qui dicit. quod saluo occulto coelestis oraculi sacramento posset haec uerba licet simplicitius, tñ securius sic exponi. vz. iube scilicet fac. haec. Vz fidelium uota. supplicationes hoc est et preces perferri. idest p̄ntari per manus sancti angeli tui. Hoc est per angelorũ ministerium. qui sunt administratorij spiritus, et uota nostra coram Deo offerunt. iux illud Thob. 12 cap. ubi dr̃. qñ orabas cum lachrimis, et sepeliebas mortuos: et relinquebas prandium tuum: et mortuos abscondebas per diem in domo tua. et nocte sepeliebas eos. ego obtuli orationẽ tuã Domino. ſ. ex quibus patet. quod angelus sacris misterijs adest. non ut consecret. quod non potest quamuis angelus sit. sed ut

orationes sacerdotis et populi Deo representet. Apoc. n. viii. dicitur. Ascendit fumus aromatum in conspectu domini de manu angeli. quę sunt orationes sanctorum. ¶. In sublime altare tuum. hoc est in conspectu diuine maiestatis tuę. et contemplatione maiestatis et curię tuę coelestis. Quod aut Deus noster dicatur altare. Clare patet Exo. 20 cap. ubi dicit. Non ascendes per gradus ad altare meum. hoc est in trinitate non facies gradus.

Possunt et altero modo pmissa uerba exponi. videlicet. omnipotens deus iube hæc. panem scilicet et uinum perferri. idest transmutari in sublime altare tuum. Hoc est in corpus et sanguine filij tui. per manus angeli tui. hoc est sacerdotis ministeriu.

Vel et aliter. Iube hæc. idest corpus xpi mysticum videlicet. ecclesiá christi militantem perferri, sociari in sublime altare tuum in ecclesiam scilicet triumphantem quę dr. altare, iux illud Leuitici. vi. ubi dr. Ignis in altari meo semper ardebit. pro quo feruorem charitatis in ecclesia triumphante accipimus. per manus Angeli tui per uirtutem scilicet, et operationem christi filij tui. qui est magni consilij angelus. qui hæc sacramenta in sublime altare, in conspectu Dei offert. Dum cicatrices os=

tendens apud deum, et patrem pro nobis interpellat.

Que uero sint illa, que uelit et petit in sublime altari perferri: Dominus determinat dicens. ut quot quot ex altaris participatione. &c.

De Decima parte Canonis.

Memento etiam domine. &c. Coniunctio haec et: quod in precedenti memento defuit amplecti uidetur. In primo. n. memento. sancta, et pia mater ecclesia pro uiuis ad deum patrem omnipotentem pces effudit. Hic aut pro defunctis, eosq; Deo pri sacrosancte oblationis intercessione commendat: firmissime, et nihil hesitans in fide, quod pciosissimus ille sanguis: qui in ara crucis pro multis in remissione peccatorum effusus est, non solum ad uiuentium salutem, sed et ad defunctorum ualeat animas. quare non immerito sacrum Cabilonen concilium de Cons. Dis. p. uisum. (licet in dominica die) ob resurrectionem saluatoris Domini nri Jesu Xpi fidelium anime requiem habere. Credatur. Statuit, ut i omnibus missarum solemniis ecclesia pro defunctis Dominum deprecet. Iux illud Augustini ubi dr. Non sunt pretermittende supplicationes pro defunctorum animabus. quas faciendas pro omnibus in Christiana catholica societate, et uniuersitate laudamus. et

tacitis eoꝝ nominibus. Cum Deum ipm̄ patrem omnipo-
tentem nihil lateat.

Qui nos cum signo fidei preesserunt ad Dominū V3. i3
q. 2ª. q̄ posterum in fine. non quòd ibi sit fides. aut spes.
ubi species est res. s. fides. n. euacuatur. Charitas autem
nunq̄ excidit. Signum igit̄ fidei. hoc in loco pro carathere
fidei christianitatis accipitur. De pene. Dis. 2ª. Charitas.
Quo caractere fideles ab infidelibus discernuntur. iux illud
Apoc. septimo cap.º ubi dr̄. Et audiui numerum centū qua-
draginta quatuor milia signati: In qua quidem lectione
animaduertendū est. quòd Iudas pponit Ruben primo-
genito propter eius dignitatem. ex tribu. n. Iuda natus
est xp̄s. Unde et pretermittitur Dan. de quo nascet̄ Ant-
christus, et loco eius ponit̄ Manasses. filius Ioseph. quem fra-
tres eius Putiphare Egyptio uendiderunt. fuerunt autē
Ioseph in Egypto duo filij Effraim scilicet, et Manasses. Effraī
aūt hic non ponit̄. quia de eo natus est Roboā, qui fecit
scisma, et diuisionem in israel. ex quibus facile colligitur.
quòd scismatici et heretici nō habent partem in regno Dei.
Et Dormiunt in somno pacis. Iux illud ps. iiij. In pace.

ad ... 3r. xiii.

in idipsum, dormiam et requiescam.] Quod aut̃ sacro sancta ecclã Romana. eos, qui ex hoc seculo in domino transierunt dormientes appellat, non est admirandum. quia et hoc egit seruator nr̃ Christus Jesus Joan. xi. Vbi dicitur. lazarus amicus noster dormit, sed uado, ut á somno excitem eum. s. lazarus hic dominus dormire dicit. licet quo ad corpus mortuus fuerit. s. propter scilicet eius futuram resurrectionem, et ad Saduceos confutandum, qui corporum resurectionem negabant. Vnde et ideo Paulus ad Tess. iiij cap. scribit dicens. Fratres nolumus uos ignorare de dormientibus, ut non contristemini sicut et ceteri qui spem nõ habent.

Ipsis Domine et omnibus in christo quiescentibus] In hoc loco Sacerdos pro quibus spetialiter orat et offert: et quibus maluerit. licet omnia aperta et nuda sint coram oculis Dei.] debet mentionem facere spetialem, et subinde generaliter pro omnibus. Vnde et ideo sequit̃. et omnibus in christo quiescentibus.]

Super quibus animaduertendũ est, quod in hoc loco appellantur in xp̃o quiescentes, qui in charitate perfecta decesserunt: et nihilominus habentes aliqua purgabilia eo quod non plene pro peccatis confessis satisfecerint. (ex quo non sunt condigne passio-

nes huius seculi ad futuram gloriam.) [. ad locum purga-
torij descenderunt. Ubi militantis ecclesie suffragio indigent:
tamq̃ nondum habentes in re pacem et refrigeriũ gloriæ.
licet in certa et infalibili spe locum refrigerij habeant, in
quo non est ardor penarum [. lucis, in quo non est obscuritas
tenebrarum: et pacis in quo non est pugnarum conflictus.]
Absterget enim tunc temporis pro ut dr̃ Apoc: 21. capº.
Deus omnem lachrimam ab oculis eorum. et mors ultra non
erit. neque luctus neq̃ clamor erit ultra qm̃ prima habie-
runt.] Septimo aũt cap. Hi aũt qui amicti sunt stolis
albis qui sunt et unde uenerunt? Hi sunt qui uenerunt
de tribulatione magna, et lauerunt stolas suas et deal-
bauerunt eas in sanguine agni. Esaie aũt. 25. Et facit
Dominus exercituum in monte hoc conuiuiũ pinguiũ.
conuiuiũ uindemie pinguium medulatorum.

Paradisus dicitur locus refrigerij ex eo quod anime in xp̃o
dormientium per ignem purgatorij transeunt rationibus
quibus supra. et illud Dauidis ubi dr̃. Transiuimus p̃
ignem et aquam. Dicitur et lucis. contra illud Math. 23.
ubi dicitur. Mittite eum in tenebras exteriores.] Dicit

insuper locus pacis. propter mentis tranquilitatem, que ibi est. contra eos qui salui non erant. Vnde et ideo dr Esaiæ. Vermis eorum non morietur, et ignis non extinguetur.

¶ De Vndecima pars Canonis.

Nobis scilicet peccatoribus.] Oratio hæc tendit usq; ad per omnia secula seculorum. quæ uerba proferendo sacerdos summissa quadamodo, et alta uoce pectus percutiendo: uno eodemq; momento contrictionem, et confessionem latronis alterum in passione domini increpantis representat: qn scilicet
Luc. xxij dixit. Nos quidem digna factis accipimus; Hic aut quid mali fecit? Ad Iesum aut. Memento mei domine dum ueneris in regnum tuum. Quibus dictis meruit ab ipso Iesu seruatore nostro audire. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso.]
Vel et per uocis exaltationem, et pectoris tunsionem intelligimus illud Centurionis, et eorum, qui cum eo erant dicentium. Vere filius Dei erat iste.

¶ Pectoris unica tunsio, illud nobis inuit, quod Pau: ad Ro. .VII. cap. scribit dicens. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Peccatoribus ideo dicit. quia si dixerimus. qm peccatum non habemus ipsi nos seducimus: et ueritas

in nobis non e

in nobis non est. Joan. Prima. P°. cap°. De pen. insuper Dis. 2°. Si n. inquit.

De multitudine miserationum tuarum sperantibus. Ps 50. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Super quibus animaduertendum est. Quod una solius dei misericordia est: et non aliud quam ipse solus misericors. per multitudinem tamen eius misericordiae effectus accipimus. Qui miserationes dicuntur. Unde David Reminiscere miserationum tuarum: et misericordiarum tuarum, quae a seculo sunt. ps. 24.

Partem aliquam et societatem donare digneris. Cum ipse scilicet sit omnia in omnibus. Salus, premium, et gloria singulorum. Unde et ideo dicitur. Salus populi ego sum. f.

Cum autem dicitur partem aliquam, et societatem. Hoc dicitur quasi non sint omnes eundem denarium accepturi. licet unum et idem sit premium singulorum. ipse scilicet deus in cuius cognitione salus eterna consistit. iuxta illud ubi dicitur. Haec est uita eterna, ut cognoscant te deum uerum: et quem misisti Jesum Christum. secundum tamen merita eorum. Alii plus, alii minus diuina uisione fruuntur. Joannis XVII

Cum sederit enim filius hominis in sede maiestatis sue, tunc reddet unicuiq; secundum opera sua. quia in domo patris eius mansiones multe sunt. De pen. Dis. 4. In domo. }

Cum Joanne, Stephano, Mathia, Barnaba. } Super quibus cōsiderandum est, quod in hac commemoratione viri octo: mulieres autē septem computantur: et hoc nulla alia de causa, nisi quia per hoc sacrificium Septem carismata gratiarum: et octo beatitudines in nobis iunguntur.

Non estimator meriti. quia scilicet non secundū meritorum exigentiam retribuis, sed minus puniendo, uel magis retribuendo, Unde, et Ideo dr. Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Alibi uero. Mensuram bonam et confertam: et coagitatam et superefluentem reddet in sinum uestrum. Luce [illegible]

Per xpm dominum nostrum. Hic non respondetur Amen. tum quia Angelos, qui tanto sacrificio adesse firmissime credimus, respondere dicimus. uel tum et, quia subsequentia uerba. Vs. per quem omnia. premissis ita iunguntur: et ab eis taliter dependent ut nihil interponi possit.

Per quem omnia } Ioan. p°. Omnia per ipm facta sunt, et sine

ipso factum est nihil. Creat igitur omnipotens condendo naturam: Sanctificat materiam consecrando. viuificat transsubstantiando creaturã. Benedicit accumulando gratiam. Quod autem dicitur Hæc omnia. dicimus quod est simplex pronominis demonstratio: sicuti tempus uerbi confusum. presentis non tenet usum: et est sensus. Hæc omnia. scilicet panem, vinum, et aquam semper bona creas. secundum causas canonicas primordiales, et sanctificas secundũ causas sacramentales. viuificas ut transeant in carnẽ et sanguinem: et Benedicis ut conseruent unitatem et charitatẽ. / vel et aliter dici potest. Ut quod quicquid sanctificatur per grãm xpi sanctificatur. de plenitudine enim eius oẽs accipimus. et ideo dr̃ Ioan. Pater sanctifica eos in ueritate idest in filio. s. in eo quod dr̃ uiuificas intelligimus q quicquid uiuificatur, per filium uiuificatur. et ideo dr̃ Ioan. Ego sum uia ueritas et uita. viii. insuper Dñs. qui contempta. s. Cum dr̃ Benedicis innuit nobis q benedictio celestis datur per fructum virginis benedictum. s. vel et creas ut sint: sanctificas tibi deputando: uiuificas animando. Benedicis, ut utilia sint. prestas ut prosint.

Ioãnis xvii.

Per tres cruces Primitiuā ecclesiam intelligimus. que trinitatis fidem suscepit:

Sequitur per ipsm̄: tanq̄ per mediatorem cum coequali. quia ipse est coequalis patri: in ipso tanq̄ in consubstantiali, uel in ipso, hoc est in membris eius. in patre: quippe notatur authoritas. Sequit. per omnia secula seculoꝝ. Quia Jesus clamans uoce magna tradidit spm̄. Ideo hic sacerdos uocem exaltat: et calicem aliquantulum eleuat. Vel et ideo exaltat uocem: ut populus audiendo finem canonis respondeat Amen.

Pater Noster.

Cum Sacerdos dicit Oremus pceptis salutaribus. Sciendū est quod beatus Gregorius hec uerba addidit, et orationem dominicā post Canonem censuit recitari, asserens incongruum esse, ut super Eucharistiā oratio diceretur, quam scolasticus composuerat, et illa omitteretur, quam dominus ipse dictauerat, et Apostoli dicere consueuerant. Hæc oratio apud græcos á toto populo cantatur, apud aūt nos á solo sacerdote.

Super hac oratione, multiplices sunt expositiones. amplectatur igit unusquisq; pro ut dominus dabit illi.

De hac tn̄ diuina nō aūt humana oratione secundum pceptoris mei

sententiā aliqua non inutilia dicere. Statui. quia secundū quosdam Hæc est tertia pars missę, et quinq̄ clausulas amplectitur. Primam Prefationem, scilicet ipsam. Oremus pceptis salutaribus moniti. Secundam Orationem ipsā. Tertiā. libera nos q̄s. Quartam. Pax domini. quintam dūt fiat commixtio. Hæc oratio, et Credo alta uoce dr. ut omnes illud adiscant, et professionis suę signum, et fidem ostendant. Cum dicit Pater noster. Populum orare hortat et monet non secus ac discipulos suos dominus Math. vi. et ideo dicitur preceptis salutaribus moniti: et diuina institutione formati. Hanc enim orationem dominus prout supra diximus instituit. eamq̄ deuote et flexis genibus dicere debemus. In hac oratione oramus ad dominū pro bonis adipiscendis, et pro malis uitandis. pro bonis temporalibus, Spiritualibus et ęternis: pro malis pteritis, psentibus, et futuris. De bonis ęternis dicimus Adueniat regnum tuum. De bonis spiritualibus dicimus. Fiat uoluntas tua sicut in cęlo et in terra. De temporalibus Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Ęterna petuntur in pmiū: spiritualia in meritū: temporalia ad alimentū et uitę admi=

miculum. De malis præteritis, dimitte nobis debita nostra. de præsentibus, sed libera nos á malo. De futuris, et ne nos inducas in tentationem:

Notandum insuper est quod septem sunt Dominicę orationis petitiones iuxta septem Xpi uerba in cruce pendentis Vz. Pater ignosce illis. /. Mulier ecce filius tuus. /. ecce mater tua. /. Hodie eris mecum in paradiso. /. Eloy Eloy lamazabatani. /. Pater in manus tuas. septimum et ulti ultimum. Consumatum est. In prima petitione dicimus. Sanctificetur nomen tuum. in secunda adueniat regnum tuum. Tertia. fiat uoluntas tua. quarta panem nostrum quotidianum: Quinta dimitte nobis debita nostra. Sexta et ne nos inducas in tentationem. Septima autem. libera nos á malo. Tres primę petitiones ad uitam ęternam, siue patriam pertinent. Tres ultimę ad praesentem uitam, siue uiam: media autem ad utrunque. /. In fine istius orationis sacerdos sub scilentio profert Amen, et hic Amen est affirmantis, et ideo á Sacerdote solo, qui est mediator inter deum et hominem profertur. Amen autem in fine omnium aliarum orationum est optantis. et ideo á populo respondítur. quasi

dicat fiat nobis sicut petisti.

Libera nos.

Haec oratio dr̃ Embolismus, uel super excresentia ex eo quod in ea nihil petatur, quod in praecedenti oratione dominica petitum non fuerit, non tamen superfluit. est enim repetitio, uel ẽt expositio illius orationis ubi dr̃ libera nos a malo. / in hac aũt dicimus libera nos quaesumus domine: a quibus uero malis liberari orem⁹, dicitur a p̃ntibus, praeteritis, et futuris. pacis oratione adiecta ubi dr̃ et intercedente Beata uirgine dei genitrice Maria. Dicimus igitur libera nos quaesum⁹ domine. quasi indigni simus de p̃teritis, p̃ntibus, atque futuris ueniam promereri: nisi nobis donet intercessione ipsius gloriosae uirginis, et aliorum sanctorum.

De Patenae resumptione.

Pro eo aũt quod Sacerdos, responso a choro, sed libera nos a malo, Patenam tenens, se cum ea in facie signat, et illa postmodum osculatur. Sanctas illas mulieres intelligimus, de quibus dr̃. Vespere aũt Sabbati, quae lucescit in prima

sabbati: uenit Maria Magdalena et altera maria uidere sepulchrum. ut scilicet uenientes ungerent Jesum. / Math. 28 Cap.° Vel et Sacerdos patenam osculatur, quia petit á Deo pacem corporis et animę, quod per osculum intelligimus. Vel et ideo sacerdos patená osculat, et illa se prius signat, ad insinuandum nobis, quód si per passionem filij reconciliamur Deo patri: et regni coelestis heredes erimus. heredes quidem Dei. Coheredes aūt Xpi.

De fractione hostię.

Finita p̄missa oratione. s. resumpta patena ut s. et hostia super ea reuerenter collocata. Intelligimus, q in lege. Similago frustatim, siue minutim iubebatur offerri. quo circa et redemptor noster panem benedixit. ac fregit. fractumq; discipulis suis distribuit. Vnde et ideo Sacerdos et legem. et Xp̄m seruatorem nostrum in ipsius hostię fractione imitatur, et sacro sanctum panem frangit in tres partes. ut in ipsius scilicet panis fractione ip̄m agnoscamus. qui duobus discipulis euntibus in Emaus apparuit. lucę 24. Vbi dr̄. Et cognouerunt eum in fractione panis.

De fractiône hostie, et quare inter partes diuidatur, &

quare super patenã ponatur, prius illa quę manu dex=

tra seruatur: et quare quę in sinistra diuidatur, et

nihilominus primę parti coniungatur. vel et quare

tertia pars in sanguinem mittatur. quare uel altera

earum, quę super patenam remanserunt. Sacerdos in

ipso sacro mysterio refocilletur. Altera uero ad mini=

stros, siue ęgrotos ad tempus reseruet. per plura equidẽ

secundum pceptoris mei sententiã dicenda forent.

Veruntamen. quia quod non capis, quod non uides. ani=

mosa firmat fides. et quia cauendum est, nẽ dum mul=

tis attendimus multiplices sint. sibiq; inuicem repu=

gnent innumerosę Sñtię. quid Gelasius papa: et sub=

inde alij permulti: de tribus illis partibus senserint.

(omissis permultis) dicemus. si quis plus ultra scire qrit

ipm preceptorem meum consulat.

Secundum igitur Gelasium Papam. Pars in calice posita

significat corpus xpi de virgine natum. qua sacer=

dos refocillatur omnes fideles. Pars altera, omnes de=

functos. vel et pars in calice significat militantẽ eccaz

Altera uero Triumphantem. pars reseruata eos qui sunt in Purgatorio.

Sergius autem papa de Con. Dis. 2ª. Triforme. s. Triforme est corpus Domini. Pars oblata in calice missa corpus xpi, quod iam resurrexit demonstrat. Pars á Sacerdote sumpta. adhuc super terram ambulantem. pars reseruata ipm corpus xpi.

Secundum aut guielmum Antisioderen. Pars in sanguine missa uiuos significat. et altera, qui sunt in Purgatorio. Altera uero qui sunt in Paradiso. Sancta. n. mater ecclesia pro uiuis orat ut in bonis conseruent: pro iis, qui in purgatorio, ut citius liberentur; et purgentur: pro iis, qui in coelo, ut pro nobis orent: et pro nobis intercedant apud deú et patrem Dominum nrm Jesum xpm.

Secundum Autem Augustinum. Pars in calice mittitur, siue ponitur. pro sanctis non uiuentibus. iis. Vz qui in sanguine sunt, et in peccatis. Aliç uero duç. pro mortuis offeruntur. Vna pro sanctis qui iam sunt in requie, et illa est gratiarú actio eo q in eis nihil purgandum sit. Altera uero pro animabus illis quç licet saluande sint: tn adhuc sunt in poenis.

et haec dicitur oblatio. Sunt et alię permultę super pmissis opiniones. Unde versus.

Tres partes factę. de christi corpore signant.
Prima suam carnem. sanctosq. secunda sepultos.
Tertia uiuentes, Haec est in sanguine tinta.
Martyrij calicem gustant in carne fideles.

Animaduertendum tamen est. quod particula illa, quę sanguini coniungitur. hoc nobis unum potissimū innuit, quod scilicet illi qui plena fide merita et passionem christi considerant: et de eius mysterio confidunt ipsa passione eius et meritis adiuuantur.

Cum autē Sacerdos dicit. Pax domini sit semper nobiscū. per hoc intelligimus, quod non solum per signa, sed et per uerba gaudium resurrectionis domini nri Jesu xpi exprimendum sit. Lętus igitur Sacerdos de resurrectione ipsa. dicit alta uoce Pax domini sit semper uobiscum. Iux illud ubi dr. Joan. xx. cap. quod Stans Jesus in medio discipulorum suorum dixit Pax uobis. Pax scilicet pectoris in uia. et pax ęternitatis in Patria.

Per tres cruces, Triduum sepulturę intelligimus. uel tres

marci 3 mulieres illas ad hostium monumenti, quibus Angelus dixit.
Iesum queritis Nazarenum crucifixum, surrexit nō ē hic.

Sequitur Agnus Dei.

Sergius Papa primus instituit ter in missa á clero et populo
ioannis decantari. Joannes uidens Jesum ambulantem dixit. Ecce
agnus Dei. ecce qui tollit peccata mundi. s. sola scilicet sua
pietate nos á morte liberans. seq̃ sponte Deo patri pro no=
bis inmaculatam hostiam offerens.

In missa pro defunctis Bis dicitur Agnus Dei dona eis requiē.
Tertio additur, sempiternam. Super quibus considerandū est,
q̃ cum pro defunctis ad Deum patrem p̃ces effundimus. Tripli=
cem requiem eis conferri exoptamus. Primo scilicet ut ab
eis poena auferatur. secundo ut anime gloria conferatur.
Tertio ut dotentur gloria corporis; ne ulterius miserijs ex=
ponatur. Prima non est requies. quia sublata poena, gloriā
desiderant, secunda ēt non est totaliter sempiterna; quia
secundū Augustinus. ante corporum resurrectionē semper
animabus inest, quidam naturalis appetitus. corpora re=
sumendi. quo apetitu corpora retardant. ne totaliter in Deū
ferant. Tertia aūt cum p̃missis est uera requies. quia anime,

que in deum optimū max. intendent, resumptis corporibus. in ipso eterna gloria eternaliter, et perfectissime requiescent.

In missa pro defunctis pax non datur. nec oratio Dn̄e Jesu christe qui dixisti apostolis tuis (dicitur) quia fideles aīe perturbationibus huius seculi agitari non possunt, cū dormiant in Domino.

De Antiphona que post coīonem dr̄.

Antiphona, que post comunionem dicitur. apostolorū gaudium de christi resurectione significat. Jux illud ubi dr̄. Gauisi sunt discipuli uiso domino. Joan. 20.

Antiphona secundum Moysem, est quedam uox, qua sibi angeli inuicem colloquuntur.

Antiphona est quasi uox reciproca, duobus choris alternantibus psallentibus.

Comunio quid.

Comunio est gratiarū actio. unde dr̄. Edent pauperes, et saturabunt(ur) et laudabunt dominū.

Vel ēt significat ecclesie gratiarū actionem pro eius redemptione, et tanto dono, et beneficio accepto.

De oratione, quę post comunionem dr.

Hæc oratio illam significat, qua seruator noster pro nobis ad Deum patrem interpellat: vel illud ē, q scilicet apli post dni resurectionem in oratione perseuerauerunt. Finis aūt illiū p dnm. n. Jesum xpm illud innuit quod scilicet aduocatū habemus in cęlo apud deum et patrem ipm seruatorē nrm Jesū xm.

De Ite missa est.

Notandum est, quod tribus modis missa finit. vz. cum dicimur ite missa est. Benedicamus domino. vel requiescant in pace.

Per ite missa est, quod populus ad propria redire cum gratiarum actione debeat intelligimus: quia scilicet salutaris hostia oblata est deo patri pro humano Semine.

Vel ē Diaconus, uel Sacerdos populo annunciat, q ?pces iam finite sint. iux concilij Aurelianum.

Vel ē per ite missa est, intelligimus, quod xpm redemptorem nrm sequi debeamus, non habentes hic ciuitatem permanentem.

De Nouissima Benedictione.

Vltima benedictio super populum: spiritus sancti grām, quam receperunt apli in die sancto Pentecostes significat. et benedictio hec per uerbum oris et crucis signū exprimitur.

Mutilo

Ex libris
Vincentii Joppi
Utinensis